This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

335

611
O
L11a
R

ANATOMICA METHODVS, SEV DE SECTIONE HVmani corporis contemplatio, ANDREA A LACVNA Secobiēſe authore, in cōpendium atq; adeò enchiridium redacta: vbi quicquid boni ſucculētive probatiſſimi quique philoſophorum de ea ſcripſerunt, appoſitiſſime congeſtū reperias: obſeruata quidem ſermonis puritate, at verborum lenociniis, ac, vt ita dicam, phaleris, nō admodum anxie curatis: nam & ꝙ latinæ voces plerūq; nō ſuppeterent, græcis vti præſtitit, q̃ rem in medio relinquere. Eme igitur lector, ac fruere.



TECVM HABITA.

Pariſiis apud Ludouicum Cyaneum.
M. D. XXXV.

GENEROSISSIMO SIMVL ET ornatiſſimo viro, domino, D. Didaco à littore, Secobienſis eccleſiæ præſuli meritiſſimo, Andreas à Lacuna Secobienſis philiatros. S.

I Ngemiſcēdum maximopere eſt, imo verò commiſereſcēdum, pater ampliſſime, quòd eò calamitatis bonæ literæ ſint adactæ, vt quas diſciplinas philoſophi etiam oculatiſſimi, ob earū ſublimitatem olim expaueſcebant, eaſdem nunc imperiti, inculti, ac denique ne rudiſſima quidē minerua educati, illotis manibus, ac citra pulnerem (ſic enim circunfertur adagium) quæ eorum ignauia eſt, aggredi non erubeſcant. Atq; adeò hoc malum intolerabile, non citra maximā bonarū literarum eruditorunq; iacturam, in dies magisq; incrudeſcit, vt relictis ſeruilibus miniſteriis, ſutores, lanii, fabri, atq; etiam textores, ad altioris cōtemplationis theoremata, tanquam ad expeditionem aliquam ſeſe conuertant. Nam (vt de reliquis profeſſionibus ſileam, meæ autē nō obliuiſcar) quis obſecro arti medicæ miſerè non condoleſcat, quæ quum fœliciſſimo illo ſæculo ſuperiori, in Apollinis, Aeſculapii, Chironis, ac de-

niq; Hippocratis manibus verſaretur, vſquead-
eo nũc peſſum it, vt in ſutrinis, textrinis, ac de-
mum publicis œnopoliis, ſordidiſſimo cuiuis
cerdoni, iam maximo ludibrio habeatur? Quis
inquam arti medicæ non condoleſcat, quæ quũ
olim ex mortalibus homines immortales red-
diderit, vel perpetua immortalitate dignos effe
cerit, in tantum nunc eſt deiecta, vt ab abiectiſ-
ſimis quibuſq; mulionibus, abiectiſſima viliſſi-
maq; reddatur? Etenim quemadmodum veſtis
aliqua, ſi pluribus cõmunicetur, multo facilius
atteritur q̃ ſi vni, ita etiã præclara aliqua diſci-
plina, ſi à multitudine imperitorum, vt infœli-
citer nunc contingit, vſurpetur, fieri ſane non
poteſt, vt labe aliqua cõtagioſa q̃ citiſſime non
collabatur. Atq; huius calamitatis & peſtis, me-
dici, vel potius mendici profeſſores in cauſa
ſunt. Qui quidem tanta libidine, tamq; inex-
plebili, quæſtus, nominis, atq; gloriæ tenentur,
vt non ſolũ quoſuis hiſtriones ad profeſſionem
medicam exhortentur, verum etiam illis polli-
ceantur, quemadmodum alter Theſſalus, intra
ſex menſes integram artem ſe edocturos, etiam
citra aliquam aut dialecticen, aut philoſophiã.
Qua ſane exhortatione, ob artis facilitatẽ quã
falſo prædicãt, ſubito eos incitãt, imò vero pel-
liciunt. Porrò Pythagoras neminẽ ſua paleſtra
quæ vere philoſophica erat, dignum exiſtima-

bat, niſi prius in mathematicis demonſtrationibus eſſet inſtructus. At huius ſeculi medici profeſſores, ad Apollineam artem, quæ philoſophia ſuperior eſt, ne grammaticen quidem deſiderari pronunciãt. Atq; ita indigniſſime factum eſt, vt quam artem ſoli Mineruæ eiuſq; liberis ſummus cõceſſit Apollo, ad magicas atq; veneficas incãtatrices, quauis cruce atq; ſupplicio digniſſimas, non ſine maximo ſuccumbentium exitio degenerauerit. Iã verò, quibus terebelli malleiq; vſus aſſiduus, manibus ſcirroſum callum induxit, ii (quæ noſtra infœlicitas eſt) de ſyſtole pulſus, ac diaſtole, publice ferre iudicium nõ verentur. Alii rurſus, laborantium vrinas acerrime ſpeculantur, diuinãtes quidem futura, præterita autem conſtantiſſime referentes: ipſi in inficiendis pellibus alioqui exercitatiſſimi. Enimuerò ſi priuſquam ad medendum accederent, in philoſophia eſſet omnibus periclitandum, vel decretis principum id iubentibus, nõ tanta Empiricorum colluuie obrueremur: nec tam truculenta carnificũ tortorumq; manu, tot boni patreſſamilias indigniſſime iugularentur. Cæterũ quum has beluas in lucem hoc eſt philoſophiam reuocare velle, aliud ſit nihil quàm lapidem verberare, vel (quod aiũt) Aethiopa dealbare, quid deum immortalẽ hic tempus cõtero, quin potius ad te digniſſimum

præſulem, vniuerſum ſermonem conuerto? En tibi antiſtes obſeruandiſſime, anatomicã commentationem, exiguam quidem, nempe trimeſtrem fœturam: cæterum non pœnitendã, quippe quæ non exiguo conſtiterit nobis labore. Quòd ſi rei ſuſceptæ magnitudini pro dignitate minime ſatiſfecerim, nempe viribus maiora conatus, certe vel hoc nomine veniã ne dicam laudẽ promereri videbor, quòd rem pulcherrimam generoſiſſimamq; tentauerim: quãdo (vt plane fatetur Tibullus) in magnis & voluiſſe ſat eſt. Haſce autem lucubrationes tuæ celſitudini duximus eſſe exarandas, non ꝙ iis vllum operæprecium me tibi facturũ putarẽ (id enim ex meo ingeniolo minime mihi ſperare licebat) ſed vt ſub tui nominis ſplendore ac patrocinio exirent multo commẽdatiſſimæ. Ad hæc etiam, cui per deos vigiliæ noſtræ iuſtius conſecrarẽtur, q̃ tibi mœcenati clariſſimo, qui quum eruditorum omnium ſtudia, rara quadam alacritate foueas, ea etiã amoris viciſſitudine patrem meum es proſecutus, vt non ſolum inter familiares medicos eum potiſſimũ tibi delegeris, verumetiã amplis muneribus magnificisq; locupletaueris? Prætereo ſingularem animi tui conſtantiam, reconditam eruditionem, in agendis rebus prudentiam ſummam: quibus nimirum omnibus ita tuã Secobienſem eccle-

ſiam gubernas, vt ad integram pietatem nihil prorſus illi deſiderari videatur: adeo vt illius à Platone dicti præclari, ὁ καλῶς ἄγων, ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἔπεσθαι, ipſe ſuggeras nobis exemplum. Nec publica quæ geris negotia, tametſi grauiſſima ſint, adeo te tenent circũuallatũ, vt priuatis etiam ſtudiis non aſſiduam operam naues, atque ita promoueas, vt (quod dicitur à Zenodoto) ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι, ſi alicubi, facile in te reperiantur. Quãobrem, quo cæteris animalibus homines ipſi præſtant, nempe humanitate, iudicio, prudẽtia, doctrina, ac deniq; pietate ſumma (quod præclariſſimum eſt) eodẽ hominibus antecellis: quippe qui Pomponium Atticum fide, Themiſtoclem prudentia, æquitate Catonem, mãſuetudine atq; clemẽtia Domitianum, deniq; pietate ac integra religione Numam (quod omnibus in confeſſo eſt) facile ſuperes. Proinde præſul digniſſime, minime iã eſt ꝙ verear, ne aſſentationis nota mihi aliqua ex parte inuratur, vt qui nec noua dicam, nec, quantum omnes intelligere poſſunt, à veritate abhorrẽtia. Veruntamen quãdo huic tuarum virtutum commendationi, generoſus animus tuus acerrime reluctatur, qui mauult teſtimonia laudum ſuarum in præcordiis hominũ delitefcere, quàm volitare per ora, certe ab ea ducimus ſuperſedendum: hoc duntaxat abs te pre-

cati,vt haſce noſtras lucubrationes, in magno rerũ negotiorũq́; cõflictu elaboratas,beneuolo ſuſcipias animo,vt ardẽtiſſimi cuiuſdã paterni amoris,officiiq́; erga te mei,nó vulgare referãt monumẽtũ. Quod ſi feceris (vt certe facturum ſpero) ſane futurum eſt,vt multo maiora his,in tuæ amplitudinis gratiã, ac publicũ ſtudioſorũ cõmodũ emittam⁹. Bene vale,inter Eccleſiaſticos heroas eminẽtiſſime: & vt patrẽ, ita etiã filiũ amore proſequere. Lutetiæ,octauo Calẽdas Auguſtas. M. D. XXXV.

Præfatio in Anatomen.

tRes fuiſſe medicorũ ſectas:empiricã videlicet,methodicã,& rationalẽ,Galen⁹ præclare nos docuit.Empirici enim,ſolo rerũ vſu atq; experiẽtia ducebãtur edocti,ratiocinio prorſus neglecto.Methodici autẽ,vſq; adeo ſuis methodis cõpendioſiſſimis erãt addicti,vt interdum ſenſuũ ipſorũ, interdũ euidẽtis demõſtrationis nullã rationem haberẽt.At rationales, vt qui dignitate cæteris omnib⁹ antecellerẽt,ſenſibus quidẽ parebant, acquieſcebãt autẽ nõ itẽ,donec rationẽ alti⁹ peterẽt,ac inueſtigarẽt. Verũtamẽ,eſſet mea quidẽ ſentẽtia,ſophiſtarũ hæreſis tãquã omniũ pernicioſiſſima, vnà cũ his adiiciẽda. Nulla ſiquidẽ hac petulãtior , nulla ad cauillos & impoſturas prõptior, nulla à bonis literis,ac breuiter à vera philoſo-

phia magis aliena. Sola bonas arteis euertit, ſola tenera ingenia populat̃, quid multis? philoſophorũ antiquiſſima monumenta, ſola nititur e medio tollere, ac funditus obliterare. Cæterũ tametſi ſophiſtæ imperitiſſimi, id potiſſimũ vitio vertãt, quo ſe maxime deſtitutos intelligũt, nõ deerũt & viri docti, q inexplebili quadã ſiti inceſſanter bonas literas amplexẽt. Diſpereãt miſere, diſpereant inquã tam improbi nebulones, quibus adeo bonæ literæ ſunt inuiſæ, vt tanquã virus aliquod aut venenũ, eas toruis oculis intueantur. Faceſſant hinc: atq; vtinam ita faceſſerent, vt ad inſulas infœlices, aut ſi mauis, ad remigãdum, infœliciſſimi deportarẽtur. Hac igitur præfatione, ſi cui liber iſte quẽ de anatomicis ſcribere volo, vtilis ſit futurus, ſolũ præmonitũ velim, vt omnẽ animi ſui iactãtiã, õnẽ pcacitatẽ, omnẽ petulantiã atq; liuorẽ prius deponat, opinionesq; ſi quas cõcepit friuolas, exuat, q̃ ad haſce noſtras vigilias ſalutãdas ſeſe cõuerterit. Siquidẽ quod ad me ſpectat, hoc vnũ bona fide audeo polliceri, nihil in hoc cõmẽtario ſcripturũ me, quod nõ vel Hippocratis, vel Galeni, vel Cornelii, vel Platonis, vel Ariſtotelis vel Plinii, vel deniq; Aphrodiſei authoritate etiã ſuadere poſſim. Tu interim dabis operam, vt ſi mihi ad fidẽ animũ nõ inducis, clariſſimis hiſce viris fides authoritasq; minime derogetur. Atq; iam ad negotium ipſum accingor.

INCIPIT ANATOMICA MEthodus, Andrea à Lacuna Secobiēſe authore.

IN omni commentatione, duæ potiſſimum veniunt obſeruandæ methodi: altera quæ naturæ, altera quæ diſciplinæ à dialecticis nomē accepit. Vtimur enim ordine ipſius naturæ, dum priora quidē prius, poſteriora verò poſterius, vt ſingula veniunt collocāda, pro dignitate diſponimus. Methodum autem diſciplinæ vſurpamus, dum vtilitate aut neceſſitate quadam compulſi, poſteriora quidē prius, priora autem poſterius, ordine commutato digerimus. Hunc ordinem videtur ſeruaſſe Porphyrius in ſua quam in categorias edidit iſagoge. Prius enim naturæ ordinem inſecutus, pollicitus fuerat acturum ſe prius quidem de genere, poſtea vero de differentia, tertio demū de ſpecie, ſemper à prioribus procedendo. Dum vero ſingulas voces per ſe ac ſigillatim conſiderauit, prius ſane de ſpecie, quæ differētia poſterior eſt, non citra induſtriam tractauit artificioſiſſimā. Cæterū quorſum hæc? Quid generi cum inteſtinis? Non enim ab re ducta nobis eſt cōparatio. Siquidē in humani corporis inciſione, quā Græci τὴν ἀνατομικὴν θεωρίαν appellāt, duplex ſimiliter methodus reperitur: ſed altera quidē

naturã ſequitur,altera vero neceſſitatem. Hanc enim quã neceſſitatis dicimus, omnes qui antehac de anatome conſcripſerũt,in vniuerſum ſeruarunt, nempe inciſionem ipſam à craſſioribus inteſtinis exordientes:ne videlicet ſordes illæ fuliginoſæ, quæ minimo negotio putreſcunt,membrorũ nobilium contemplationem ſua inexpugnabili graueolentia interpellarent. Alteram autem;quam naturæ eſſe liquido ex dictis cõſtat, vt curriculo quodam ſingula perſequamur, ad finẽ vſq; noſtri inſtituti quoad fieri poterit perueſtigabimus. Id autẽ fiet, ſi quo ordine cibus quãuis rudiſſimus,paulatim conficitur & conſummatur,candide recẽſuerimus. Incipiemus itaq; ab ore.nam eſculẽtis primã molitur alterationem. Finem vero faciemus in cerebro, à quo vltimã abſolutiſſimamq; trãſmutationem ſpiritus ipſi ſuſcipiunt.Spiritus ſiquidem animalis,vlterius iam nõ progreditur,nec aliud reperitur organum,in quo amplius poſſit elaborari. Verũ quid nos remorãtur hæc, quin potius ad negotium accingimur?

¶Cũ tria potiſſimũ ſint,quib⁹ hominũ vita tenetũ,cib⁹,pot⁹,atq; etiã ſpirit⁹,certe ad excipiẽda hæc tria, os à natura ſtudioſiſſime fuit compactum. Imo vero & ad ea quæ neceſſaria ſunt, & ad ea etiã quæ optima (authore Platone) cõmodiſſima fuit ipſius oris conſtructio. Neceſſa-

ria enim appellat, quæ ad vitam hominum reparãdam ingrediuntur: optima autem, quæ ad eorundẽ educationẽ egrediũtur atq; doctrinã. Porrò oris cõpoſitionem, quũ alia multa, tum vel maxime mãdibulæ duæ ingrediũtur. Quarum altera quidẽ, nempe ſuperior, prorſus immobilis eſt, nimirum capiti affixa. altera vero quæ infernas tenet, in aſſiduo motu verſatur. Verũ vtraq; vt plurimũ ſexdecim dentibus eſt diſtincta. Dẽtes igitur in vniuerſum triginta & duo numerãtur: quorũ vt figuræ, ita etiã actiones nõ paruo diſcrimine diſtãt. Eorũ nanq; alii inciſorii latiq; ſunt, alii canini, alii molares, qui magnitudine & inæqualitate cæteris omnibus antecellunt. Inciſorii quidem, mediam fere mãdibularũ regionem occupant, vt ſuis videlicet acuminibus in primo ciborũ cõflictu mordentes, eos abſcindãt, diſſecentq;. quare nõ iniuria a græcis τομεῖς nominari ſolẽt, ab actione vtique deducto vocabulo. Canini autẽ, quos græci κυνοδόντας appellant, cõſequẽter poſt hos collocãtur, ad confringendũ quidẽ aptiores, ad incidẽdũ vero q̃ τομεῖς, multis numeris hebetiores. Quos quidem ſolertiſſime natura eſt molita, vt ſi quid inciſoriis dentibus reluctaretur ciborũ, ab his protinus cõtereretur. At tertio ad poſtremas mãdibularũ partes, κατὰ τὸ ϛιχοῦμ molares dẽtes locum ſortiũtur. Qui γόμφοι vel

μυλαὶ ab Atheniēſibus, à Cicerone autē genuini appellitari ſolent. Hi ſua latitudine & robore, ab inciſoriis inciſa, & à caninis diffracta, adamuſſim cōficiūt, atq; in exactū quēdā læuorem redigūt. Cæterū octo ſunt inciſorii, quatuor canini, & viginti ipſi molares: quorum vt maior vſus, ita etiam vberior numerus datus eſt à natura. Singulis autē dētibus ex tertia neruorum cōiugatione, vnicus neruus diſſeminatur, in ſingulorūq; baſim inſeritur. Pulchre enim quum in aliis multis, tum in hoc etiam omnibus corporis partibus fuit à natura prouiſum: vt videlicet nō omnino ſenſu carerēt, ſed ſenſifica præditæ facultate, extrinſecas calamitates ſentirēt, atque ita ſentiendo propellerent. Dētes itaque ſua natura oſſei quum ſint, nec dolerēt nec ſentirent, ni nerui illi ad baſim eorum fuiſſent diſſeminati. Imo ſanè inſenſiles omnino ſunt, verum ad eorum affectiones percipiendas, deſtinauit neruos natura. Mediantibus enim dentibus ipſi nerui afficiūtur. nam refrigerato ipſo dente, confeſtim neruus inſertus refrigeratur. quam ſane nerui intemperiem, dolor acerrimus protinus comitatur. Igitur ingenue abutimur, dū dicimus dentē dolere, quū dens reuera non doleat. Neruus enim ipſe eſt, qui plus iuſto naturæ cōſtitutionē egreſſus, impēſe refrigeratus, calefact⁹, reſiccatus, aut humectat⁹, protin⁹

per dentem dolet. Quod autem in ipſos dentes inſerantur nerui quos dixi, manifeſte quidem nos docent, eorum potiſſimũ dentium auulſiones, quos caninos paulo antea appellitauimus. Quorum ſi aliquis expungatur, non fiet citra maximum oculorũ diſcrimen. Subiacent enim e regione, ac veluti ex diametro luminibus correſpondẽt, ita vt neceſſario fiat quædam neruorum communio atq; conſenſio: ob quam ſi neruus dentis radici inſertus cõuellatur, neruos etiã oculorum aliqua ex parte labefactari eſt neceſſariũ. In medio autẽ oris, lingua ipſa tãquam ianitor quidã ſeuerus, libero motu prædita, ac in omnem partem agilis, exquiſite eſt collocata. Quæ vt plurimis arteriis & venis, ſic etiã varia neruorum propagine videtur eſſe cõpacta. Deſcendunt ſiquidem in centrum eius, duriſſimi quidam nerui, ad liberum motũ propagandum: diſſeminãtur autem in ſuperficiem ſupremam, per quam vtiq; eſculentorum contactus fieri debet, alii lõge molliores, quos a tertia neruorũ coniugatione oriri eſt veriſimile. Nequaquam ergo mireris, ſi quum in lingua diuerſa ſint inſtrumenta motus & ſenſus, interdum motum vitiari ipſo guſtandi contactu prorſus illæſo contigerit: ſicuti ne ſi contingat, linguam facultate motrice præditã, ſenſifica orbari potentia. Subſtantia porro ipſius linguæ admodũ

ſpongioſa eſt, vt tanquam bibula quædã, benignam quæ inciderit humiditatem, ad ſe trahat atq; alliciat. Nec improbo illã Platonis ſententiam, quam prodidit in Timæo, protendi à lingua ad cor vſq; venulas quaſdam, quæ tãquam paranymphi diligentiſſimi, voluptatem atque dolorem perferãt. Hæc enim illius ſunt verba, ὅσα μὲν γὰρ εἰσιόντα περὶ τὰ φλέβια οἷον περ δοκίμια τῆς γλώττης, τεταμένα ἐπὶ τὴν καρδίαν εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρκὸς, καὶ ἁπαλὰ ἐμπίπτοντα γήινα μέρη κατατηκόμενα, ξυνάγει τὰ φλέβια καὶ ἀποξηραίνει. τραχύτερα μὲν ὄντα, στρυφνά, ἧττον δὲ τραχύνοντα, αὐστηρὰ φαίνεται. Latine autem ita ſonant. Quæcunq; enim venulas ipſas penetrantia, quæ linguæ veluti nunciæ quædã ſunt, ad cor vſq; protenduntur, in eiuſq; molliorem carnem diſſeminantur, modice terreſtri ſubſtantia liquefacta, quas dixi venulas cõtrahũt, exiccantq;, ita vt ſi impẽſe aſpera ſint, eadem & acerba: ſi vero in aſpredine mitius ſe habeant, cõfeſtim guſtui auſtera videantur. Hæc Plato. Cæterũ nõ parui momenti dubium, obiter noſtrum remoratur ſermonem: ſitne ad vitam hominis neceſſarius guſtus, an vero conducẽs quidẽ ad vitam abſolutiſſime peragendam, neceſſarius autem non itẽ, ita vt abſq; eo homo nutriri poſſit viuereq́;, non tamen adeo inculpate, ac ſi guſtu præditus eſſet. Vt igitur paucis meam ſentẽtiã aperiam,

guſtũ ad hominũ vitam minime neceſſariũ eſ-
ſe pronũcio: eſſe tamen maxime códucibilem.
Quod autem id verum ſit, plurimis eiſdemq́;
etiã firmiſſimis poterit ſuaderi rationibus. Pri-
mo enim vegetatio noſtra atq; nutritio, eadem
eſt quæ plantarum: atqui illis guſtus ex vſu non
eſt: nobis igitur minime neceſſarius. Maiorem
ſiue propoſitionem ſuggerit Theophraſtus pri
mo de hiſtoria plantarum. Quin etiam, animal
in vtero matris, abſolutiſſime, & quidem abſo-
lutius q̃ iam prouectũ, etiam citra guſtum nu-
tritur. nó eſt igitur quòd ad vitam, guſtum ne-
ceſſario deſideremus. Vidimus etiam pleroſq;,
quibus linguæ radicitꝰ erãt abſciſſæ, nihilomi-
nus ex animi ſententia degere. Necnon Pli-
nius libro ſexto naturalis hiſtoriæ, quoſdam ab
orientali regione, lingua eſſe orbos ſcribit: quũ
tamen libro vndecimo, capite trigeſimoſepti-
mo, ſaporũ promptuariũ in lingua collocatum
exiſtimet. Iam verò, cui adeò contaminata eſt
guſtãdi facultas, vt dulciſſimum mel, amariſſi-
mum ei videatur, melle nutritur, quum tamen
ſapor ille naturam eneruet, tãtum abeſt, vt ſo-
lamẽ aliquod adferat, aut refrigerium: ergo cui
nec dulce nec amarum mel viſum fuerit, nem-
pe omnino guſtu priuatus, multo fœliciꝰ mel-
le nutrietur. Hanc ſententiã Ariſtoteles etiam
corroborat, cum in aliis locis, tum vel maxime

libro tertio de anima,capite vltimo,hũc in modum ſubiungens.Iccirco exuperãtiæ eorũ quæ percipiuntur tactu,non ſolum organum ipſius ſenſus, verum etiam animal ipſum extinguũt. Siquidem neceſſe eſt animal hunc ſolum habere ſenſum.Cæteros autẽ ſortitur animal,non vt ſit,ſed vt fœliciter ſit:quemadmodum antea à nobis pronunciatum eſt. Viſum enim habet vt videat. nam in aere & in aqua & omnino in ſplendido degit loco.guſtum autem ad gratum & moleſtum protinus diſcernẽdũ, vt quidquid in cibo eſt,cõfeſtim ſentiat, ac ita ſentiendo appetat,& moueatur. hæc Ariſtoteles.Colligamꝰ itaque (ſi videtur) ad vitã fœliciſſimè peragendam, guſtum perutilẽ eſſe,ad vitam autem minimè neceſſarium. Guſtus igitur inſtrumẽtum ſiue organũ lingua ipſa eſt. Quæ eiſdẽ oblectatur cibis, quos ventriculo gratos cognoſcit: ventriculo autem inuiſos,lõgiſſimè abigit atq; propellit:quum nimirum tunica illa qua veſtitur lingua,etiam ventriculo ſit cõmunis.Fit tamen plerunq;, vt aliqua deleteria medicamenta,quæ funditus corpus noſtrum euertunt, admittat, cæterum non ex induſtria,ſed ob impoſturam quãdam & deceptionem, vtputa ſi talia medicamenta quæ viribus & ſubſtantia naturæ ſunt inimica,ſaccaro aut melle ſint illita:quorum ingreſſui lingua minime reluctatur:inſtar

regii ianitoris, qui plerunq; familiares ac neceſ ſarios regiæ maieſtatis exiſtimans, ſicarios & coniuratores, deniq; totius imperii luem & peſtem populatricem ad ingreſſum ſolet admittere. Linguam igitur ſæpiſſime hallucinari cõtingit. Eam autem in duas partes eſſe diuiſam, nemini obſcurum exiſtimo, vt ſi vna pars vel hebetudine, vel paralyſi, vel inflammatione laboret, nõ cõtinuo & reliqua quæ e regione eſt, conſortii lege afficiatur. Sub lingua frenulum quoddã eſt appenſum, quod ſi alicui forte fortuna plus q̃ rationi cõueniat laxetur, vt in mulieribus quauis turture loquacioribus videre licet, non eſt quod ſilẽtium expectes. Si vero arctum ſtrictumq; creetur, adeo vt lingua vix dimoueri queat, homo tali frenulo præditus, minime erit verboſus. Eſt tamen ſummopere cõſiderandũ, linguæ tantũ atq; pudendis frenulũ indidiſſe naturã. Nam in his potiſſimũ organis voluit homines eſſe modeſtos. Iã vero in ipſiꝰ linguæ radice, ad extremũ palatum, caruncu]æ quædã innaſcũtur, quæ a Romanis quidẽ tõſillæ, a græcis autẽ παρίσθμια appellitari ſolẽt, licet a barbaris atq; imperitis amygdalæ vocitẽt. Inſeruiunt enim & ipſæ, maxime volũtatis imperio, ad ſaliuã quæ ex ipſo cerebro per colatoriũ indies deſtillat, ne ad pulmones per aſperã delabatur arteriã, cõpeſcendã detinẽdãq;: quippe quæ maxime ſpõgioſæ atq; poroſæ ſint. Me-

diã inter has regionẽ obtinet columella,q̃ ab aliis vua ob ſimilitudinẽ appellat̃.Hanc enim, tanq̃ vocis modulatricẽ,natura machinata eſt. Siquidẽ cũ ipſius vocis materia nihil aliud ſit q̃ ſpiritus,qui ſi rudi modo libereq; expiret̃,vocẽ nõ valet cõficere,(bruta enim omnia nõ aliter q̃ homo expirãt) merito vni animaliũ homini,ad cõcinnãdã vocẽ, columella indita eſt, vt ſpiritibus qui expirãtur occurrẽs, eos vario modo diſponat,ac demũ vocẽ ipſam cõpingat. Columella igitur ſi præcidatur, protin⁹ homo mut⁹ euadet.Solet hæc pars inter omneis, multis de cauſis periclitari, & eo maxime,ꝙ variis cerebri deſtillationib⁹ſit ſubiecta,ac in eã potiſſimũ,aer quẽ inſpiramus,qualẽcunq; qualitatẽ obtineat,primũ impetũ faciat. Quare circũſpecte admodũ Alexander ille Aphrodiſeus hanc particulã prius ſpiritũ tẽperare,ne omnino crudus ad pulmones irrũpat, aſſeuerauit. Etenim hæc omnia q̃ diximus,palato veluti cælo quodã tegũtur:quod quidẽ magnum vſum ciborũ præſtat præparationi. Extima oris cõſtructio duobus labris cõpletur,quæ quidẽ quũ ad vocẽ ipſam formandã,eliciẽdamq;,tum vel maxime ad tutelam dentium, cohibitionemque ciborum, ne præ nimia humiditate labantur excidantve,neceſſario fabrefecit natura. Cæterum labra veſtiuntur, interna ventriculi tunica,

atq; id eſt in cauſa,vt dum vẽtriculus nauſea laborat, labra impenſe tremula vomitum præſagire videantur. Cibus igitur qui ad corporis nutritionẽ accedit, in primis à duobus labris excipitur: quæ tandem mutua quadam conniuẽtia claudũtur, ne videlicet quod aſſumptum eſt, ad exteriora reſiliat. Poſtea verò, dum eſculenta ipſa confecta,atq; in læuorem quẽdam redacta fuerint,pro varia vtiq; dentium propagine,ſub ambitu ipſius palati circumuoluuntur: cui circumuolutioni lingua cõmodiſſima eſt. Quod ſi ob ciborum ariditatẽ aſperitatẽve, aliqua requiratur humiditas, eam tonſillæ quàm citiſſimè ſuppeditabunt, vt quæ in ſe, veluti bibulæ quædam, ſaliuæ plurimum habeãt imbibitum. Si verò in cibo ipſo aliquid fumoſum atq; fuliginoſum exiſtat,quod vẽtriculi operationibus ſua mordacitate ſit offuturũ, quod præſto adeſt medio palato colatorium foramen, id tãquam caminus quidam excipiet: vt cumprimũ ad regionem cerebri huiuſcemodi vapor peruolitarit (frigida enim eſt) protinus cõgelaſcat,ac per nares ſuo pondere delabatur. Verũtamen eſculentis ipſis rudem quandam (vt diximus) in ore præparationẽ indeptis, ad ventriculũ per œſophagum recta protenditur via. Hic ſiquidem immediate excipit linguæ radicem. Quo fit vt ſua villorum longitudine,quos interna eius tu-

nica habet porrectos, veluti erectis manibus, ci
bos in ore confectos, ad ſe trahat atq; alliciat,
tranſuerſis autem filamentis auidiſſimè eos de-
glutiat atq; detrudat. Nihilominus gulã ipſam
ad ingerendos cibos minimè neceſſariam eſſe,
Ariſtoteles tertio de partibus animalium, capi-
te etiam tertio, meritò pronũciaſſe videtur. Po
tuiſſet enim (vt inquit) vẽtriculus continuo &
immediate ori ſubiũgi. Verũ quia aſpera arte-
ria ad trahendam animam fuit neceſſaria, quaſi
eadem opera, gulam tametſi non neceſſariam,
vtilem tamen, nobis molita eſt natura. Hoc or-
ganum à Galeno, dum propriam vniuſcuiuſq;
vocabuli vim rimatur, στόμαχος, dum cõmunem
atq; vulgarem, οἰσοφάγος vocitari conſueuit. Cõ
ſtat enim ex neruo, vena, arteria, dupliciq; mẽ-
brana: quæ quidẽ omnia carni inſerta, quẽdam
muſculum videntur cõficere. Cui ſoli, penuriæ
ſenſus atq; indigentiæ meritò inditus eſt à na-
tura, & potiſſimum eius infernæ portioni, quæ
cum ventriculo vnà committitur, quam Gale-
nus os vẽtriculi appellitare cõſueuit: licet eam
aliquando totius vocabulo cõprehendat, vt li-
bro quinto de locis affectis, capite primo, atq;
etiam quinto, vbi ita ſcribit. Igitur exacte ani-
maduertere oportet, vt diſcernãtur affectus qui
ipſius occaſione per conſenſum eueniunt, ab iis
qui huiuſmodi particulis quarũ actionibus no-

cere conſueuit os ventriculi (quod vt veteres omnes cor appellabant, ita noſtra tempeſtate vocatur ſtomachus) primario accidere cenſentur. Veteres enī hāc particulā cor nominabāt, ab accidētibus quæ cordis doloribus (καρδιαλγίας græci nomināt) ſimilia inducit, voculā deducentes. Nimirū quum (vt ipſe Galenus teſtatur) nō modo ſyncopen, verū etiam cōuulſiones, ſopores, morbos comitiales, melācholias, ſuffuſiones, deniq; vertigines, & alia id gen⁹ ſæuiſſima inferre ſoleat accidētia. Porrò gula, ſiue œſophagus, vtcūq; appellare libuerit, quam ciborū quaſi vehiculū eſſe diximus, lateri ſubiacentis ventriculi non immerito fuit inſerta: ne videlicet cibus ſemel detruſus, capitis inclinatione ad os iterū regurgitaret. Inter ventriculū & ipſam gulam, quod ad ſubſtantiā quidē ſpectat, nempe muſculorū & tunicarum (taceo enim figuram eorum, quæ omnino diuerſa eſt) nulla prorſus reperitur diſſimilitudo, imo potius (vt Galenus libro quarto de vſu partiū fatetur) ſtomachus ventriculi pars eſt ſuperior: quandoquidē eius interna tunica, quæ videlicet membranoſior eſt, villos rectos deſuper inferne allatos, externa vero quæ carnoſior, tranſuerſa filamenta, græci ἐγκαρσίας ἶνας appellant, vt ventriculus ipſe, ſortitur. Cæterum ex orificiis ventriculi, alterum quidem, quem græci

πυλωρὸν hoc eſt ianitorem appellant, in fundo non eſt appoſitum, ſed paulo altius, vt quæ nódum abſolutiſſimam ſunt nacta coctioné, prius quàm eam aſſequantur, ad aluũ minime delabantur. Eſt etiam & hoc oſtiolum longe anguſtius ſtrictiuſq; oſtiolo ſuperiori, habita nimirũ ratione proportioneq; eorum quæ per vtrũq; colantur. Primo igitur ventriculus per ſtomachum trahit, villis (vt diximus) in longitudinẽ exporrectis. Secũdo vero, tractum retinet, amplexaturq;, alia differentia villorum, qui obliquorum nomen ſortiuntur. Retinet autẽ, quouſq; ſuũ munus abſoluat: quod dũ expleuerit, & ea vi quam ἀλλοιωτικὴν, hoc eſt alteratricem græci nominant, in benignum quendã cremorem cibos mutauerit, cótinere non poteſt, quin inſtar coci parum fidelis, quod benignius ſubtiliuſq; in ea quã elaborauit ſubſtãtia ſuperattollitur, auidiſſime populetur. Nutritur enim partim chilo, partim ſanguine ab hepate remunerationis gratia delato. Poſtq̃ vero obliq villi vna cũ muſculo inferioris oſtioli (pyloró eũ appellauimus) in retinẽdo impẽſe ſtrenuos ſeſe præſtiterint, tranſuerſi acerrime contrahuntur, atq; humorem illum, χιλὸν a græcis vocatum, vltro ad inteſtina propellunt, vt quæ minime polleant attractrice potẽtia. Porrò inter ſeptũ trãſuerſum & inteſtina, liene atq; hepatis

fibris tanquā manibus cōprehēſus, ipſe ventricul9 circūuallatur. Quāobrē,ad citādā appetētiā,atræ bilis aliquā portionē,quæ illi vſui non ſit,conſortii lege fit vt à liene recipiat.Ita enim comparatū eſt à natura huiuſcemodi ſuperfluitati, quam Græci χολὴν μελαίνην appellant, vt omnes vētriculi actiones,quæ in amplexu quodam conſiſtunt, ſua aciditate colligat atq; corroboret. Frigida enim acidaq́; ſua natura quū ſit,manifeſte ventrem cōſtringit,atq; ita cogit, vt tandem in ſeſe cōcidens, vſq; adeo amplexetur cibos, vt nihil quod adamuſſim coctū non ſit,labatur ad inteſtina.Eſt itaq; amicum & perquam vtile ventriculi functionibus hoc excrementum:ſicuti alterum,quæ flaua dicitur bilis, inimicū,& hoſtis pernicioſiſſimus. Hallucinatus igitur eſt Alexander ille Benedictus, dum è cyſti fellis,porum delatorem bilis,in imā ventriculi partem ſemper deriuari intellexit.Nam quis,deum immortalem, ea mordacitate pallidam bilem ignorat,.vt ne excremēta quidē feculentiſſima,permittat aliqua ex parte trāquilla?tantum abeſt, vt ventriculi humores, prius quàm deſideratam coctionem adipiſcantur,intempeſtiue admodum nō propellat. Quāobrē, conſultius longe mihi viſum eſt dicere, illis potiſſimum qui præclara fruuntur corporis habitudine,nullū bilis meatum ad ventriculū rele-

gari: tametſi nonnullis quibus infœlix obtigit temperatura, quē meatum delatorem bilis ieiuno inteſtino natura inſerere debuiſſet, hallucinatione quadam in ventriculum inſinuarit. Quare qui huiuſmodi cōſtitutionem ſortiuntur, tametſi ſua natura bilioſi non ſint, tamē indies meraciſſimā euomunt bilē, atq; adeo praue ſuis funguntur functionibus, vt vitioſiſſime concoquāt, albicantia deiiciant, acerrimis capitis doloribus (ſi qui alii) frequentiſſime corripiantur. Sed quod ne minimus flauæ bilis meatus, quibus iam diximus, in vētriculum inſeratur, id experientia comprobatum eſt, & clariſſime libro quinto de vſu partium, euidētiſſimeq; Galenus demonſtrat. Hæc ſiquidem eius ſunt verba. Cur autem non ad vētrem implantauit eius pori aliquam partē, cum nō paucas & ipſe generet ſuperfluitates, hinc & magis (vt puto) miraberis eius prouidentiā. Poſtea inquit. Qua enim ratione cholera incidēs primis inteſtinis, iritat mordens, & prohibet in eis manere cibū, eadem & vētrem, vt qui exactiori ſenſu ſit præditus q̄ ieiunum, cogeret vtiq; pellere cibum deorſum, ante q̄ probe concoqueretur. Poſtea enim ita ſubiungit, Morſus enim venter ab acredine humoris, velut indignatur, fertq; grauiter, & ſtimulatur ab humore, cogiturq; citā facere excretionem eorum quæ continet. Sed

forſan obiicies, Vnde tot bilioſæ vomitiones fere omnibus oboriuntur, ſi in ventriculũ nullus implantetur porus? Pulchrè tu quidem, ſed pauliſper animum intẽdas oportet. Etenim in inteſtinum ieiunũ, quod proximè collocatur ventri, bilis flauæ non exiguus meatus protenditur: atq; inde eſt, quòd pars illa in quam inſeritur, ſemper conſpiciatur inanis. quæ cum interdum ob acrimoniam humoris acerrimè irritari ſoleat, à ſe illum abigit, atq; propellit. At verò, bilis flaua ſua natura leuis agiliſque quum ſit, ſæpenumero ad ſuperiora peruolitat, vẽtriculiq; operationes euertit funditus, labefactat, atq; deturbat, niſi protinus vomitione reddatur. Fateor tamẽ (vt dixi) quin & Galenꝰ libro ſecundo temperamentorũ non inficiatur, nonnullis, quanuis pauciſſimis, qui vitioſum poſſident corporis habitũ, in fundum ventriculi adnaſci porum, bilis videlicet perlatorem: interdum quidẽ magnum, interdũ autem exiguum. ſed ii quo pacto ſeſe in functionibus gerãt, ipſe apud eundẽ Galenum perſpexeris. Nunq̃ non nauſeabundi ſunt, ſemper vertigine ſuffuſionibuſq; tentantur. Deniq; (vt omnia cõgeramus in vnũ) à frigido non tam vẽtriculus læditur, q̃ à calido. Ab illo nanq; eius vires ad interiora trahuntur, colligũturq;, ab hoc autẽ diſſoluũtur, ac mirũ in modũ laxantur. Fertur enim de Aeſopo, vt ſuã palam corã domino heroq; ſuo, de ficubus nempe comeſtis, oſtenderet innocẽ-

tiã,& ipſum potaſſe,& aliis etiã famulis potãdã calidam tradidiſſe:quo facto, vt quiſq; ingeſſerat, ficus omneis vomitu famuli reddiderunt. Quam ob rẽ Aeſopus quidẽ in priſtinã fidẽ eſt reſtitutus,illi verò egregie admodũ vapularũt. quod ſane nõ effeciſſet Aeſopus, ſi frigidã potãdã dediſſet. Porro ventriculus reliq̃s omnibus mẽbris alimẽtũ tribuere elargiriq; videt̃, adeo vt tam ignobilia q̃ nobilia vniuerſa mẽbra, ex hoc vnico manifeſte pendere videantur.Cuius actio ſi contaminetur, reliquæ omnes actiones plurimũ labefactant̃.Inter fabuloſa etiã a Tito Liuio relatũ eſt, õnes corporis partes, vẽtriculo quondã paraſſe inſidias, in eũq; vnanimiter cõiuraſſe.Quæ res quũ peruenit ad ipſumvẽtriculũ,acerrime fuit indignat9.Nec iniuria ſane, ꝙ in ſe tantũ patrẽfamilias, a quo videlicet totius corporis pẽderet vita, tãta ſeditio, tãq; inuidioſa oborirer̃.Cæterũ non impune ſuã iniecrũt cõiurationẽ, quæ tãdẽ in omniũ partiũ calamitatẽ fuit cõuerſa. Nã vbi vẽtriculus partibus ſeditioſis pabulũ interdixit,reliquũ fuit, vt tabe atq; marcore q̃ ocyſſime conſumerentur. Porro in totius corporis regione media vẽtriculus locatus quũ ſit,plurimas atq; varias cũ reliquis mẽbris colligãtias ſortitur. Siquidẽ neruoſis quibuſdã mẽbranulis,ſepto trãſuerſo alligatur. Aſt cerebro(quod quidẽ neruorum fons eſt & origo)plurimis neruis cõmittitur. Cordi autem arteriis, hepati deniq; venis annectitur

Atq; id perfacile oſtendunt varia ipſarum partium pathemata. Nam ſi earum quæ cerebrum integunt membranarum, aliqua ſolutione laboret, protinus conſortii lege, vẽter acerrime condoleſcit, atq; in vomitũ quendam præcipitem, ſubuerſionem'q; cõfeſtim arripitur. Iam rurſus, ſi vẽtriculum inexpugnabilis inuadat vomendi cupiditas, quot caligines, quot ſuffuſiones, quot vertigines cerebro obuerſabũtur? Inordinatus etiam arteriarum motus, pulſu deprehẽdetur, nunc paruus, nunc magnus, nunc rarus, nunc frequens, ac plus q̃ rationi cõueniat citatus: adeo vt interdum hominem febricitare putemus. Eſt quũ ob improbam vomitionẽ atque immoderatã, ob quod diximus vẽtriculi hepatiſq; conſortium, poſtremo ſanguinem purum euomant, quòd per eaſdem venas per quas chilum ad hepar tranſmittit (non enim hic mẽtio fit de meſeraicis quæ ad inteſtina deſcẽdunt, ſed de nõnullis quæ in ventriculũ inſeruntur) ventriculus ſanguinem meraciſſimum trahat. Verũ quòd huiuſcemodi venulæ neceſſariæ ſint, nunc oſtendam. Etenim venter ipſe, poſtquam ſuis callis denticulatis cibum adamuſſim cõfecit, ſui officii non immemor, prius quidem cremore magis benigno fouetur recreaturq;: poſtea vero reliquum ad inteſtina tanquam moleſtum onus depellit, vt inde per venas illas

quæ meſſenterio intextæ ſunt, ad hepar ſurſum verſus feratur. Cæterũ quoniã via illa admodũ prolixa, tortuoſáq; eſt, ne actio videlicet ipſius iocinoris longa expectatione fruſtretur, priuſquam confectã illã ſubſtãtiam deorſum pellat, ſeligit quod ſubtilius eſt, atque id per venulas quas dixi breuiores, quæ aliarum veluti nũciæ, ipſi ventriculo atq; hepati adnaſcũtur, ad ſimas hepatis parteis relegat. reliqua verò quæ per venulas mitti nõ licet, inferiori valuula reſerata, in inteſtina quæ vẽtriculo contigua ſunt, protinus delabũtur. ¶ Inteſtina autẽ in vniuerſum, vt ſimplici ſermone omnia complectar, ſex ſolum in diſſectionibus conſpiciuntur. Quæ tametſi continua ſint, tamen figuræ atq; ſubſtantiæ ratione, facile diſtinguũtur. Etenim à Galeno membra redditionis vocantur. Habent autem & ipſa facultatem coctricẽ non obſcuram: qua ſi quid à vẽtriculo prætermiſſum ſit, nondum integre elaborationem expertum, id adamuſſim cõficiant. Deſtituta tamẽ ſunt prorſus virtute tractrice, nimirum vnica trãſuerſorum villorum differentia donata. Nõ ſunt præterea in homine ipſa inteſtina, vt in Lupis ceruariis, atq; etiam in Mergis, in longitudinem rectam protenſa: ne videlicet quæ ingerũtur, confeſtim diffluant atq; labantur: quod ſane negotiis forenſibus nõ exiguo eſſet impedimẽto. Duplex

etiam, vti ventriculus, inteſtina alimẽtum ſuſcipiũt. Nutriuntur enim cremore ſimul & ſanguine. cremore quidẽ priuſquã elaborati ſucci anadoſis fiat ac diſtributio, ſanguine vero, per quas venas chilus ad hepar mittit, & per alias etiam quæ ſolum ſanguinis delatrices, in inteſtina diſſeminantur. Primum igitur inteſtinũ, quod ex latere ipſius ventriculi oriri conſtat, a Galeno ἔκφυσις hoc eſt exortus appellitari ſolet, a iunioribus autem, ob longitudinem, duodecim videlicet digitorũ, duodeni nomen accepit. Hoc inteſtinum nullis ſpiris aut flexibus, quos græci ἕλικας vocant, eſt implicatum. Idq; ita factũ eſt a natura, ne ſi tortuoſis ſpiris ĩuolueretur, ventriculi & ſepti tranſuerſi operationibus eſſet aliquo impedimento. Huic inteſtino, ieiunum quod Galenus quidem νῆστιν, latini autẽ interdum hiram appellãt, protinus ac immediate cõnectitur, quod ſanè a perpetua inanitione id nominis ſibi deſumpſit. Nihil enim eorũ quæ ex ventriculo delabuntur, retinet, duplici nimirum ratione: & quòd maxima venularũ colluuies in id ipſum ab hepate inteſtinũ deſcendat, quæ quicquid in eo ſucculẽtum eſt, protinus rapit ac populatur: & quòd exuberãtiſſimam, feruentiſſimamq; bilis copiam ab hepate per magnum porum excipiat, quæ ſua incredibili mordacitate tunicas ipſas pungit, ir-

ritatque ad ſubitam excretionem. Acrius enim agit ipſe bilioſus humor, quum purus recenterque excretus confluit ab hepate, nec eſt fæculentus, craſſiſq; ſuperfluitatibus contaminatus. Fit itaq; vt ieiuni inteſtini inanitio, nullius rei gratia ſit facta, ſequatur tamen ea quæ neceſſario facta ſunt, neceſſarioq; talem effectum producunt. Cæterum quod flaua bilis, ad excernenda alui excrementa, quæ ſæpiſſime in finibus ipſis impacta, vias redditionis impediunt, humanoq; corpori inexpugnabilem inferunt calamitatem, maximum vſum præſtet, id & experientia ipſa nos docet, & qui rationem habet mediocriter exercitatã, nõ eget prolixa demõſtratione. Flaua igitur bilis quũ primũ in hoc inteſtinum deſcendit, ne momentulo quidem ſinit chilum in eo deliteſcere, ſed eum protinus ad inferiora detrudit. At verò, cũ ieiuno, ileon iungitur inteſtinum. Quod vt gracillimum & plurimis gyris circumuolutum apparet, ita etiam innumeris eiſdemque ſæuiſſimis paſſionibus eſt obnoxium. Siquidem iliacus qui dicitur morbus, ab hoc inteſtino cognomen accepit, impactis videlicet fæculentis humoribus, qui non facile a quouis etiam mordaciſſimo humore terguntur, in ipſius inteſtini cellulis atque ſinibus. Fit plerunque flatulenta aliqua exhalatione, ilei inteſtini

tunicas diſtendente, vt iliaco morbo homines corripiantur, adeoq́; crucientur, vt ſtercus per os reddentes, miſerrima tandem morte moriãtur. Verumenimuerò, ileo cuius ſitum & naturam iam diximus, cæcum ſiue monoculũ ſubiacet inteſtinum. Quod ſane inter omnia, citra controuerſiam apparet feculentiſſimum. Cæcum enim ideo dicitur, quòd vnicũ òrificium per quod trahat, atq; etiam expellat, ſolũ videatur habere: quum tamen perexigua duo, nec è regione, ſed iuxta ſe poſita, tale inteſtinum ſortiatur. Multi nanq; putarunt vnicũ illi eſſe orificium, falſi nimirum ipſius inteſtini figura. Pẽdet enim veluti vẽter quidam repletus: in cuius fundo nullum eſt orificium. Verum qui naturæ induſtriam operaq́; accurate noſcere cupit, oportet vt ſordidorum etiam membrorum ſe diſſectorẽ exhibeat, eorumq́; ſitum, figurã, numerum, ac deniq; conſiſtentiam, contempletur diligẽtiſſime. Etenim ego, dum Lutetiæ corporis humani anatome celebraretur, omnesq́; tũ artis medicæ commilitones, tum etiam tonſores ipſi quibus diſſecãdi munus erat cõmiſſum, inteſtinorum fœtorẽ procul a cadauere auerſarentur, ac relinquerent vt in confeſſo, cæcũ inteſtinum, cui ne oculos quidẽ intenderant, vnico tantum oſculo præditum eſſe, ego inquã apprehenſo ſcalpello cæcum inteſtinum reſecui,

palamque duo oſcula eodem ordine collocata, paxillo omnibus demonſtrau i:vnum quidem, per quod trahebat,alterum vero per quod pellebat.Legerā enim apud Mundinum,non tam indoctum quàm barbarū,ita rē ſeſe habere,vt oculis expertus ſum.Cæterū ſuperioribus diebus me caniculā quandam diſſecuiſſe,cui cæcū inteſtinum orificio vnico erat contentū, non eo inficias.Multæ præterea venulæ in id inteſtinum diſſeminantur,& potiſſimū in fundum eius.Ex quo, propter diuturnā ciborum in eo morā,quicquid halituoſæ in eo reperiunt ſubſtantiæ,per anaſtomoſeis quibus eſt refertū,ſugunt atq; depaſcunt.Cum hoc autem copulatur colon,quod vt ad aluum propius accedit, ita cellularum multitudine atq; etiam craſſitie prædicta ſuperat inteſtina. Voluitur hoc inteſtinum circa ſiniſtri renis regionem.atq; id ſane in cauſa eſt, vt quamplurimi medicorū, dolorem nephriticum colicum eſſe putent,ſicuti etiam econtra,quum vterq; nimirū dolor eādem partem diſcruciare videatur. At differentia horum morborum, latiſſime a Galeno expoſita eſt primo & ſexto affectorum locorū.Siquidem(vt Galenus ipſe pariter & experientia nos docuit) in colicis vocatis affectibus,ſæpenumero veluti circuire videt̄ dolor,latiſſimeq; vagari:modo hanc,modo illam partē infeſtās.

Nephritici vero dolores, eodem loco conſtantes, miſere ſuam ſedem diuexant. Quod ſi nonnihil ab aluo in colicis affectibus excernatur, id flatulentum quodammodo eſt, & non raro aquæ ſupernatare conſueuit: ſimilẽ habens bubulo ſtercori conſiſtẽtiam. Sed de his hactenus. latius enim patebunt, dum ad locorum affectorum notiones peruẽtum ſit. Porrigitur autem hoc inteſtinum, ad dexteram vſq; partem ventriculi, vt inde facile ex hepate, quod proxime ventri locatur, aliquam bilis portionem, ad fæces præcipitãdas excipiat. Multæ præterea venæ in hoc inteſtinum deſcendunt, quæ non parum lacteæ ſubſtantiæ ad cauas hepatis parteis reportant. Omniũ vero poſtremo, craſſum inteſtinum, quod rectum & aluus dicitur, non iniuria venit collocandum. Quod vt excremẽtorũ officina atq; promptuariũ eſt, ita omniũ inteſtinorum eſt longe fæculentiſſimum. Nõ inſinuatur hoc inteſtinum, perinde vt alia, gyris ſpiriſq; circũuolutum, ſed ſurſum verſus ad ilia oblique porrigitur: extenditurq; ad dextrũ renem. Poſtea vero ad ventriculum aliqua ex parte declinat. Si enim turbulenta quadam reuolutione implicaretur, excrementa illa quæ ad motum maxime pertinacia, minimeq; obſequentia ſunt, haud facile exploderentur. Ne minimum quidem bilis proprio meatu, in hoc

inteſtinum relegauit natura, rata bilem quæ in ſuperna confluit inteſtina, vltimo huic inteſtino etiam vſui futuram, ſuperfluitateſque in eo coaceruatas, facile ab hypogaſtrii muſculis expulſum iri. Porrò per hoc inteſtinum, clyſteribus ad hepar ſuggeſtis, corpus cõtingit nutriri, quum potiſſimum ventris actiones iamiam ad extremum periclitantur. Extrema huius inteſtini pars a græcis ἕδρα, a latinis anus ſiue etiam ſedes nuncupari conſueuit. Eſt enim muſculus quidam tranſuerſus, qui intempeſtiuam excretionem excrementorum mirum in modum coercet, vt cui validiſſima retinendi facultas indita ſit a natura. At vero, quandoquidem (vt paulo ante iam diximus) non ſolum a ventriculo elaborata continent inteſtina, ſed etiam eadem alterant atque immutant, merito illis omentum, quod ἐπίπλοον a Galeno vocatur, tanquam puluinar & ſubſterniculum ſuperuehitur. Cuius adipoſa pinguiſque ſubſtantia, multis arteriis & venis intuẽti apparet cõtexta. Pertingit enim mediũ vẽtriculũ, ala altera ſuperiori: inferiori vero, fere vniuerſa integit inteſtina: q̃ ſuo calore halituoſo recreat atq; fouet. Barbari hãc mẽbranã Zirbũ adipinũ cognominatiõe ſe digna, appellare nõ erubeſcũt. nos vero, omẽtũ ſiue epiploõ cũ Galeno eã cognominemus, vt etiã Ariſt. lib.

primo de hiſtoria animalium, capite. 16. eã appellat. cuius verba habent in hunc modum, τὸ δ' ἐ ἐπίπλοον ἀπὸ μέσης τῆς κοιλίας ἤρτηται. omẽtũ, inquit, medio a ventre dependet. Iuuat itaq; maxime & concoctionem, & digeſtionem, hoc eſt diſtributionem, hæc membrana. Fatetur tamen Galenus, nonnullos quibus aliqua huius membranæ pars erat abſciſſa, in poſterum ſuperuixiſſe: verum functionum quas naturales medici vocant, infœliciſſime fuiſſe compotes. Huic cõtigua eſt alia membrana, quæ a medicis quidem περιτόναιον, ab Arabe autẽ Auicẽna, ſymphac appellari cõſueuit. Ad multas vtilitates hanc particulam fabrefecit natura. Primo enim, vt ſit loco operimenti omnibus quæ diaphragmati ſubiiciuntur. Peruenit nanq; ab oſſibus pubis, ad ſeptum tranſuerſum vſq;, ſua longitudine: latitudine autem vtraq; eius pars, vertebris ipſius ſpinæ, quas σπονδύλους græci vocarunt, ſuis finibus alligatur. Secũdo autem vtilis hæc membrana eſt, ne inteſtina plurimo nutrimẽto interdum humido, interdum ſicco ſeu flatulento referta, ſuis finibus elabãtur. Tertio plurimum adiumenti præſtat, ad excremẽta, quæ ſæpiſſime reluctantur, expellenda & exterminanda. Sed de huius particulæ vſu lege Galenum libro quarto de vſu partium, vbi fuſiſſime iſthæc pertractauit omnia. Inter


hanc tunicam quæ neruoſa atq; admodum dura eſt, & illam quã epiploon appellauimus, quẽ Athenienſes quidem ὑδρωπα, Romani vero aquam ſubter cutim appellant, creberrime gignitur morbus, licet non raro inter omentum & inteſtina. Eſt etiam quum inter hypogaſtriũ de quo breui ſumus dicturi, & peritonæum, huiuſcemodi morbus generetur. Peritonæo autẽ hypogaſtrium, quod abdomen a latinis, a barbaris mirrhach dicitur, muſculis, venis, neruis, arteriis membraniſq; contextum, tanquã murus clypeuſq; ipſius ventris, extrinſecus vndiq; circumfertur. Præcipua enim eius pars, octo muſculi ſunt, quibus attrahere, retinere, cõcoquere, atq; etiam expellere, & pleraq; alia quæ naturales functiones abſoluũt, indita ſunt a natura. Nec hos muſculos ſimiles ſiue vniformes ea eſt molita (ſic enim tot tamq; præclaris actionibus fraudaretur abdomen) ſed duos potiſſimum inter omneis, ſuis ſtaminibus atq; villis ſurſum deorſumve a malo punico ad pubẽ vſq; exporrectis, ordine quodã recto, maximeq; ad trahendum idoneo, ſolertiſſime fabrefecit. Quorũ vterq; nequaquã ſua ſubſtantia aut quantitate cõtinuus eſt, ſed innumera ligamẽtorum congerie cõiunctus & copulatus. Quã muſculorum compoſitionem non improuide machinata eſt natura, ne vnius partis affectus

atq̃; calamitas,confeſtim vicinis partibus,conſortii lege communicetur, ſed membranulis quaſi mari quodam repreſſa,ſuis finibus,terminis atq; limitibus contineatur. Appello autem malum punicum,(ne in ambiguo nobis oriatur ſermo) cartilaginem illam enſiformem,in quam tendunt coſtæ mendoſæ. a græcis enim ῥῶα dicitũ ſiue ῥοία, a Galeno autẽ cartilago ξιφοειδὴς. Præter hos muſculos rectos, duo ſunt tranſuerſi muſculi, quos barbari vocant latitudinales.Nec ſunt ita prolixi, vt quos iam exaggerauimus,recti, ſed quum primum e medio dorſo producti, rectos attingũt muſculos, in neruoſa filamenta degenerant:per quæ vtiq; rectis alligantur atque vinciuntur Alter igitur eorum ex ſiniſtra dorſi parte, alter vero ex dextra, conſequenter trahit originem. His potiſſimum muſculis,expellendi munus & miniſterium,nec iniuria, commiſſum eſt a natura, vt ſi forte fæces ipſæ ac ſedimenta plus quàm par ſit in aluo cunctentur , opitulante ſepto tranſuerſo,quod græci διαφράγμα atque etiam φρένας appellant , ab ipſis ſubito depellantur. Nec enim citra diaphragmatis miniſterium, excrementitiam illam fuliginem potius ad inferiora quàm ſuperiora, tranſuerſi muſculi propellere eſſent potentes. Iccirco inter reliqua quæ functioni vitali hoc ſeptum in-

dies præſtat, id etiam naturali elargitur, vt veluti duabus compreſſa manibus, quæ in carpo ſolum ſeſe contingant, ea quæ in inferiori aluo fœtida & fuliginoſa reſidēt, ab eo quàm citiſſime depellantur, citra aliquam in ſuperiorem ventrem regurgitationem. Cæterum quandoquidem de rectis & tranſuerſis muſculis, qui quaternarium abſoluunt numerum, egimus, operæpretium videtur, de ipſis etiam obliquis, quos ad retinendum potiſſimum excogitauit natura, nonnihil impræſentiarũ monere. Quatuor huiuſcemodi muſculi in diſſectionibus conſpiciũtur: quorum duo quidem ſuperiores, alter ab hypochondrio dextro, alter vero à ſiniſtro, quouſque ſuis ligamentis tranſuerſos attingant muſculos, oblique deorſum feruntur. Etenim alii duo, oppoſito modo a pectine, alter ab ea parte quæ inguen dextrum attingit, alter ab ea quæ ſiniſtrum, ſurſum verſus etiam in obliquum filamentis porrectis, quouſque obliquos deſcendentes contingant, vmbilici regionem aſcendunt. Porrò horum muſculorum ordinem & compoſitionē, ex hac figura diſcas oportet, tu qui in anatome es parum exercitatus.

Deſcriptio muſculo-
rum obliquorum.

Deſcriptio muſculorum
rectorũ & tranſuerſorũ.



Octo muſculi iam deſcripti, dura quadã tegun tur membrana, quæ eos ab intempeſtiuo prola pſu protegit atq; defendit. Super hanc, adeps exuberantiſſimus, qui a concreto ſanguine ſuã duxit originem, quamlatiſſime ſeſe expandit. Cui ſane, craſſiſſima abdominis cutis, quæ ex ſicceſcente carne, quam habet conſiſtentiã ſortitur, ad cuſtodiam & operimentum merito ſuperponitur. Habes igitur totius abdominis deſcriptionem adamuſſim exaggeratam. Oſſe caret omnino, quod interdum illi ſit cõcidendũ, vtputa quando inedia vexatur: ſæpiſſime vero magna ciborum colluuie, aut conceptione fœtus, vt in prægnantibus, intumeſcendum. Quibus omnibus, oſſa maximo forent impedimento. Taceo ꝙ nec in ieiuniis quadrageſimalibus quibus cœnandum non eſt, duplicem refectionem in prandio aſſumere poſſemus, ſi coſtæ aliquot noſtrum vẽtriculum circumuallarent. Quin in viri fœminæq; cõgreſſu, ſi vterq; venter oſſeus eſſet, iam mutuo colliderẽtur, atq; adeo omnes a generando vel quãmaxime abhorrerent, vniuerſumq; mortalium genus breuiſſime deperiret. Liberum igitur hypogaſtrio attolli quum ſit, tãtum abeſt vt cibis ipſis, ſi non vltra modũ ſumantur, reluctetur, vt etiã eos trahat, retineat, alteret ſuis muſculis, atque expellat ſi quæ in inteſtinis exundarint fuligi-

noſa excremēta. Porro ex inteſtinis quæ ipſius lacteæ ſubſtantiæ veluti magna nauigia ſunt, q̄ plurimæ venulæ meſeraicæ, tanquā ſcaphæ ſeu nauiculæ quædam, puriorem ſuccum arripiūt, hepatiq; tranſmittunt, eorū inſtar, qui cum primum mari traiecto, procerosis nauigiis in Rotomagum cū mercibus aduentarunt, Lutetiam contendentes, non nauigiis, ſed nauiculis ſiue ſcaphis inſidentes, flumen Sequanam diſcurrerunt. Nauigia ſiquidē, inteſtina ipſa merito appellanda ſunt, quòd per vniuerſam illam ventris regionem, tanq̄ per mare quoddam Oceanum, chilum excrementaq; vehant omnia. Nauiculas autē voco, quæ in inteſtina diſſeminant̄ venulas meſeraicas. Verum quid Sequanæ nomen accipiet? mēbranula illa quæ dorſo alligatur, meſſenteriūq; dicit̄. Porro vectores, cōmuni nomine ipſos humores, quorum gratia hæc omnia ſūt fabricata, appellare nō erit abſurdū. At quū nulla nauis citra gubernatorē ſiue nauclerū, expoſita mille periculis atq; naufragiis nō ſit, qs obſecro erit iſte nauclerus, aut qui habeat clauū κυβερνήτης? Sit per Apollinem ipſa natura, quæ omnia pro libito moderet̄ atq; diſponat. Pulchrè tu q̄dē, verū quū abſq; clauo nauclerus ſuū exequi munus nō valeat, quis claui funget̄ munere? quatuor illæ primæ omniū rerū qualitates: caliditas videlicet, frigiditas, hu

miditas,atq; ſiccitas. An nõ quẽadmodũ in nauibus gubernãdis,ſi clauus pluſq̃ par ſit ad alterã declinet partẽ,curſus nauis euertit̃,ita etiam in noſtro corpe humano,ſi aliqua qualitatũ impẽdio reddat̃ intẽſior,totũ corpus miſere labefactat̃? Venæ igit̃ meſeraicæ,quas paruis nauiculis aſſimilauimus,qđ ſubtili⁹ benigniuſq; vagat̃ per inteſtina,nec eſt acre nec põderoſum,ex eis per Anaſtomoſes ac reſeramina excipiũt.Diſſeminãtur eñ in ĩteſtina, nõ aliter q̃ radices plãtarũ ex terra pabulũ & alimẽtũ ſugẽtes. Siquidẽ vẽter & ĩteſtina, homini ſicut cæteris animalibus,vicẽ terræ miniſtrãt. At verò,quũ ad hepatis ſublimẽ regionẽ, venæ meſeraicæ perueniũt,priuſq̃ ſubſtãtiã eius pertingãt, tãta multitudo venarũ,in vnã eãdẽq; capaciſſimã venam degenerat,quã ſimilitudine ducti græci,τὰς πυλὰς hoc eſt portas appellauere. Atq; id pulchre factũ eſt à natura,ne tot videlicet venulæ,tanq̃ cribrũ aliqđ ſubſtãtiã hepatis pforarẽt.Cæterũ quæ in hãc vnã cõſpirãt venæ,qđ in mẽbranula illa quã græci μεσεντερίον appellãt,ſint cõtextæ,ideo meſeraicæ dicũt. Meſſenteriũ autẽ,adenoſa mẽbrana eſt,vt q̃ tot venarũ iter firmamẽtũq; ſit futura.Dorſo ꝑterea ac ſepto trãſuerſo duriſſimis ligamẽtis cohæret,ne inteſtinorũ põdus,q̃ ex hac pẽdẽt mẽbrana, eã a ſua ſede reuellat. Vena igit̃ illa,q̃ ob ſiſ̃itudinẽ portas appellitauim⁹,in ſimas hepatis partes ſe inſinuat,

vbi abſolutiſſima ſit ſanguificatio, quod refertæ eæ partes ſint plurimis arteriis & venis, quæ attrahendi, retinendi, alterandi atq; expellēdi ingentem poſſidēt facultatem. Hepatis autem ſubſtantia, craſſa admodū eſt, quippe quæ craſſiſſimo nutriatur ſanguine. Rariſſime in quinq; lobos partitur: ſæpius autem in quatuor, ſæpiſſime vero in tres, patitur diſſolutionē. Vidimus tamen nos, cui iecur in vnam & item alteram tātum bifurcabatur fibram. Huic potiſſimum viſceri, cōcupiſcibilem animæ partē, vnà cū voluptate & dolore, manifeſte indidit Plato. nā ſi bene memini, hæc eſt eius vniuerſa ſentētia. μετέχει γε μὴν τοῦτο ὃ νῦν λέγομεν, τοῦ τρίτου ψυχῆς εἴδους, ὃ μεταξὺ φρενῶν ὀμφαλοῦ τε ἱδρῦσθαι λόγος, ᾧ δόξης μὲν λογισμοῦ τε καὶ νοῦ, μέτεστι τὸ μηδέν, αἰσθήσεως δὲ, ἡδείας, καὶ ἀλγεινῆς, μετὰ ἐπιθυμιῶν. Latine autem ita ſonant. Cæterum de quo nunc mentio fit, (agebat enim de iecore) tertiā animæ ſpeciem in ſeſe ambit, quæ inter vmbilicū ſeptumq; tranſuerſum merito collocatur, vt cui opinio, mens, ratio, penitus nulla ſit, cum tamen ſenſus voluptatis atq; doloris, ad hæc etiam cupiditatum ſit particeps. Adeſt etiam & hepati, diuinandi quædam facultas, ſi quam eiuſdem Platonis ſententia nobis fidem faciat: ita enim habet in Timæo, ἡ μὲν οὖν τοῦ ἥπατος φύσις, διὰ ταῦτα, τοιαύτη δὲ καὶ ἐν τόπῳ ᾧ λέγομεν πέφυκε, χάριν τῆς μαντικῆς. Hoc

eſt,natura igitur hepatis,ob ea quæ diximus fa ƈta eſt,talis autem ac tali ſede locata,diuinationis gratia.Huic viſceri,ſanguificationis munus omni ex parte commiſſum eſt a natura,quippe quod illas quatuor facultates, attraƈtricem, retentricem,alteratricem & ſegregatricem robuſtiſſimas nanciſcatur. Atque id ſanè cuiuis vel imperitiſſimo,ex rubedine eius & conſiſtentia licet colligere.Nam quid obſecro aliud quàm ſanguinem exaƈtè concretum,ſi modo verum fateare,hepatis ſubſtantiam pronuncies? nihil aliud per Iouem,etiam ſi huius rei iudicem arbitrumq; , ipſum guſtum conſtituas. Si enim vnum & item alterum, nempe ſanguinem atq; hepar elixum guſtaueris, nihil reuera,aut parũ diſcriminis inter ea perceperis.Nec mirum alicui videatur, ſi inter reliqua extra iecur craſſiori impurioriq; nutriatur ſanguine,ob idq; craſſiſſima eius ſubſtantia ſit,præſertim quum iam dixerimus ipſum omnium humorum eſſe officinam,atq; veluti culinam quãdam,quæ totius corporis nutrimentum conficit atq; præparat. Et quemadmodum alienũ rationi non eſt, impuriori ſordidiorique veſci eſculento cocos,ac breuiter in omnibꝰ ſordidiores eſſe illis quibꝰ miniſtrant ac famulantur,ita nimirum hepar, quum officio coci fungatur,aliiſq; principaliribus famuletur, non poteſt vſque adeo exun-

dantia excrementa à ſanguine ipſo ſecernere, quin eadem etiam ſimul cum ſanguine bibat. Verum quoniã ſanguis in eo exuberãtiſſimus eſt, ab eo vtiq; quo ſuffunditur, vendicat ſibi ru borem: nõ ſecus quàm ii, qui frumẽta tundere indies in piſtrino cogũtur, ac ſibi farinæ cando rem, quácum ſingulis diebus verſantur, compa rant. Omnia deniq;, qualem humorem prædo- minantẽ, talem etiam colorẽ ſortiuntur. Quã- obrẽ, ſi hepar rubro, lien atro, cerebrũ albicanti colore tingãtur, minime tu miraberis: quãdo- quidẽ pro varia humorũ natura, varios ſibi co- lores acquirũt. Id etiã in laborãtibus morbo re gio, quos græci ictericos vocãt, dignoſcere nõ erit obſcurũ. Quòd enim pallida bilis ꝑ corpꝰ vniuerſum oberret, pallor quidã inexpugnabi lis vniuerſam occupat corpis ſuperficiẽ. Hoc viſcus ad dextrã ſub præcordiis partẽ, multis ve nis & ligamẽtis ſuſpẽditur. Cõpatitur etiã cere bro, vnius eiuſdẽq; ꝑexigui nerui ratione. Nec enim maiori egebat neruo, quã quo poſſet ami cũ ab inimico ſecernere. Extrinſecus eſt gibbo- ſum, cauis ſiue ſimis ventriculum amplexatur. Cuius actiones, multis nominibus iuuat atque corroborat. Alligatur etiã ſpinæ, ſeptoq; tranſ- uerſo. Porro quũ in ſanguificatione, quã græci αἱμάτωσιν vocant, neceſſariũ ſit benignũ a fæ- culẽto, purũ ab impuro, ſubtile deniq; a craſſo ſecernere, huic neceſſariæ excretioni, natura vo

luit eſſe prouiſum. Nã quemadmodũ muſtũ recenter ex vuis preſſum, ſi confeſtim in dolia infundatur, interna caliditate coquitur atq; feruet ſcit, fæceſq; ad inferna pellũtur, flocibus volitã tibus ad ſuperiora, ita etiam in ſanguificatione quæ in hepate fit, quicquid craſſum eſt atq; lutoſum, protinus ad lienẽ, vas huic muneri deſtinatũ, demittit: quicquid verò tãquã ſpuma videt fluctuabũdũ, ad folliculũ (ſic aiunt) fellis, ſubito relegat. Appẽdet enim iocinori, tãquã lacuna quædã ſubtilioribus excipiẽdis repurgamentis accõmoda. Vas igit hoc, poro q ad ſimas hepatis penetrat parteis, flauũ illũ humorẽ ſecernit: quare meritò à tali munere κύστις χολήδοχος appellat: q bilẽ indies excipiat. Hinc bilis, nõnullis qdẽ ad ieiunũ ſolũ, nõnullis autẽ, quãuis (vt dixi) rariſſimis, eiſdemq; infœliciſſimis, etiã ad fundũ ventriculi amãdat. Frequẽtius tamẽ ſoli ieiuno demittit: idq; ſolius ieiuni inanitio, nobis manifeſte declarat. Verũ ſi huiuſcemodi porus bilis delator, aliquo modo obturetur, præcludaturque, iam vniuerſa bilis, alioqui ad inteſtina fundẽda, per vniuerſum corporis habitũ relegatur, atque errabunda diſcurrit, cauſatque morbum illum, qui a græcis quidem icterus, a Romanis vero regius appellitari ſolet. Firmius autem pori obſtructionem intelligemus, ſi alui excrementa ſimul alba prodierint. orbata enim eo qui pallorẽ ſolet efficere humo-

re bilioſo, albicantia reddũtur alui excrementa. Eſt quum in ipſa eadem veſica fellis, lapis aliquis generatur: qui tandem arcuatum morbũ quadantenus videtur progignere, cuiuſmodi compertũ eſt in nobili quodam hoc anno poſt funus a me diſſecto. Qui quidem (vt eius nomẽ omnibus innoteſcat) D. a Richaruilla multitudini appellabatur. Cuius veſica fellis, nihil aliud quàm duos lapides continebat. Cæterum iſte nobilis minime videbatur ictericus, ꝙ vniuerſa in eo bilis excerneretur per inteſtina. Eodem etiam mẽſe, nobilis quædam herois, a doctiſſimo doctore Tagautio apud Stampas fuit diſſecta, cuius veſica fellis, duobus vel corpulẽtiſſimis inſtar glandium lapidibus occupabatur, quũ ne minimam quidem regii morbi antea medicis ſuſpicionem dediſſet. Porro quantũ bilioſus humor naturæ functionibus ſit neceſſarius, etiam ſi nutritioni non ſit ex vſu, abũde iam demonſtratum exiſtimo. Nec eſt audiẽdus ille magni nominis vir (quem honoris gratia impræſentiarum ſubticeo) dum bilioſa hac ſuperfluitate, aliquam corporis partem nutriri pronũciat. Nã quid obſecro abſurdius? quid dii immortales a philoſophia magis alienum, quã quæ natura a ſanguine tanquã retrimenta, a nutriendoque maxime aliena ſeparat, vt ille multo abſolutius corpori ſit nutriendo, eadem di-

dicere corpori alimento futura? Et tamen audet Galeni dogmata euertere, vir quod ad medicam quidem artem ſpectat, fæculentiſſimus. Incuſat enim Galenum, quòd reliquos humores à ſanguine, excrementa dixerit eſſe, eiſque nutrimenti vocabulum prudenter adeo negauerit. O iactantiam hominis petulantiſſimam. O audaciam enormẽ. An non ſat habuiſti iuuenum mentibus caliginem tenebraſq; ſimul offundere, tuamq; parum ſanam ſententiam in medium adducere, niſi etiam ſummo medicinæ parenti, quòd veritatem planè ſplendideq; profiteretur, acerrime ſucceņſeres? Cæterum vt tuam inauditam ratiocinationẽ intelligamus, quid obſecro fuit in cauſa ò præclariſſime (mecum enim tibi nunc res eſt) vt folliculum fellis bile nutriri diceres, veſicam autẽ nutriri lotio inficiareris? Vtrunq; enim excrementum eſt, cæterum hoc, illo ad nutritionẽ benignius. Inſuper addidiſti ſermoni, ſi ſermo dicendus ſit, & non delirium, cerebrum quòd frigidũ & humidum ſit, pituitoſiſſimo ſanguine velle nutriri, omnia deniq; ſuis exacte ſimilibus oblectari. Verum vt pauliſper tecum conflicter, an ſi ideo dicis cerebrum ſanguine pituitoſo nutriri, quod inter parteis pars frigidiſſima atq; humidiſſima ſit, quod inter ætates ſenilis ætas maxime frigida & ſicca ſit, frigidioribus atque ſic-

cioribus eſſe nutriendam, id etiam non dabis? Et ſi calidiorem partem, quod calidior, calidiori ſucco nutriri pronuncias, eodem etiam nomine, calidiorem ætatem calidiorem cibum ad nutritionem deſiderare quid inficiaberis? Quæ enim ratio inter partem & partem ſolet adinueniri, eandem inter ætatem ætatemque eſt repcrire. Atqui ſenilis ætas quod frigidior ſit, cibis calidioribus oblectatur: iuuenilis vero, quod calidior, frigidioribus: igitur cerebrum quà frigidior pars eſt, calidius deſiderat nutrimentum. At inquis, ſi enim ſolus ſanguis membra nutriret, nulla eſſet temperamentorum diſſimilitudo. Os nanque nulla alia ratione carne durius exiſtit, niſi quod melancholico atque tetrico ſanguine ſit nutritum. Hæc enim tua verba ſunt, & reliqua, quorum mentio gignit faſtidium. Habeſne aliam rationem, quæ tuam imaginationē nobis ſuadeat? hæc enim indigna eſt, quæ vel puerulum remoretur. Nam cui obſecro non perſpicuum eſt, quam conſtitutionem particulæ omnes in prima illa totius corporis conformatione acceperūt, eandē perpetuo ſeruare, vel parum admodum immutatā? Cerebrum enim, quoniam ex humidioribus ipſius ſeminis ſanguiniſq; menſtrui partibus fuit compactum, particulis omnibus apparet humidius. Oſſa autem, nam ex

duriori cõſtant ſubſtãtia, inter omnes duriora videntur. Poſtea vero, ſingulæ noſtri corporis partes dum aluntur, pro variis temperamentis nutrimẽtum immutant, ſibiq; ſimile reddunt. Cerebrũ itaq;, quum ſua natura frigidũ atque humidũ ſit (intelligo collatione ad reliquas calidiores parteis, nã abſoluto ſermone q̃diu animal viuit, calidũ ſit oportet) ſanguinem etiam puriſſimũ (purior enim relegatur ad ſupernas partes alẽdas, quod videre eſt in ſanguinis e naribus fluxu, atque in pericranei diuortio) quẽ ob languidam nimirum caliditatem non valet conficere, in pituitoſam quandã ſubſtãtiam conuertit, ſuique ſimilem reddit. Sed quid dii boni tãtopere me diſcrucio, quũ vetulis etiã iã in adagiũ abierit, ne calidis calida miniſtrem⁹, aut frigidis frigida: ne videlicet ignem igni, aut niuem niui, adiicere videamur? Ne igitur o vir præclare, dum tuam hæreſim ſeminare ſtudes, eorum dogmata aliqua ex parte ſubmordeas, qui hanc artem quæ Apollinea merito dicitur, tantopere amplificarunt: à quibus, ſi quid integrum ſcripſiſti, id penitus ſuffuratus es. Nutritur igitur cerebrum puriſſimo ſimul & ruberrimo ſanguine: imo, quod magis diſſonum tibi videbitur, qui dicis ſimilia ſemper ſimilibus eſſe nutrienda, lien longe puriori ſanguine quã hepar nutritur. Verũ hoc quo modo fieri

poſſit, nunc oſtẽdam. Imagineris primo, aliquẽ qui cribro ſiliginẽ paleaſq; a frumẽto ſeparet, quæ quidẽ recremẽta, alteri examinãda repurgãdaq́; cõmittat. Nec enim potuit primo actu adeo abſolute adeoq́; adamuſſim triticũ ab aliis excremẽtis ſecerni, quin aliquot paleæ, aliquaq; aliena legumina, cũ tritico permiſta remãſerint: nec adeo ſelecte excremẽtũ illud redũdãs inferne potuit demitti, vt aliquot etiã grana puriſſima nõ ſimul cũ eo deſcenderint. Ille igitur cui repurgandi excrementi ex cribro delapſi munus cõmiſſum eſt, ſigillatim digitis grana a ſiligine ſeparet. Erit enim maior labor, cæterũ non pœnitendus. nã puriora colliget grana, q̃ ſi cribro aliquo ventilaſſet. Hepar igitur ſit, qđ analogia quadã cribrũ tenenti reſpondeat: lien vero, alteri cui recrementi iterũ repurgãdi munus cõmiſſum eſt. Non enim poteſt hepar, ſanguinẽ vſq; adeo ab aliis excremẽtis eximere, vt nõ plurima remaneãt in eo admiſta fuliginoſa excrementa. Nec etiam rationi conſentaneum eſt, vt atra bilis cõfluat ad lienẽ vſq; adeo ſecreta, vt aliquid puri ſanguinis cũ ea non delabatur. Lien igitur, quum aliunde ſibi nutrimentum non cõparet, quã ex hoc melãcholico retrimẽto acerrime elaborato, ſuis venis quas habet, benignum a fæculento, purum ab impuro dirimit atque ſeparat, quo nõ infeliciter poſtea

nutritur. Reliquum vero, quod poſt hãc ſupereſt elaborationem, quodque amplius elaborari non poteſt, vere atra dicitur bilis, quæ ne inutilis quidem naturæ actionibus eſt. nã ad ipſum ventriculum ſuperne allata, eum conſtringit atque iritat ad appetentiam. Quod vero ex ea ventriculo vſui non eſt, vel iam ſuum munus abſoluit, per infernam aluum ſubducitur. Lienis porro ſubſtãtia, mollis, rara, fiſtuloſaq; eſt: nimirum craſſum illum humorem, veluti ſpõgia quædã imbibitura. At verò lienẽ ſolũ ad expurgãdum ſanguinem fuiſſe conſtructũ, vel ex eo maxime colligere licet, quod ſolis ſanguine præditis inſit animalibus, exanguibus autẽ nullis. Ad ſiniſtrã aduerſus iecur regionem, nõ ex diaphragmate, ſed ex vẽtriculo, tenui ligamẽto ſuſpenditur. Atque id eſt in cauſa, vt curſoribus magno ſit ſæpenumero impedimento, quũ ob motum corporis, nunc ad dextram partem, nunc ad ſiniſtrã labatur atque vacillet. Folliculus etiã fellis, pari ratione ad expurgandũ ſanguinem excogitatus eſt a natura, tametſi nonnullis ex hominibus, iiſdẽque vita firmiſſimis (vt refert Plinius) ſæpenumero deſideretur. Repurgato iam ipſo ſanguine, qui ex humore illo per meſeraicas venas tãq̃ radices, ad ſimas hepatis partes allato, cõfectus erat, ex regione oppoſita quæ gibba dicitur, maximus venarũ trũ-

cus,qui poſtea in numeroſos ramos ſpargitur, admodum artificioſe explantatur. Quãobrem, etiam Ariſtoteles ipſe, vere ſe hominem eſſe, & plane hallucinantẽ, oſtendit, dum venarũ omnium originem, non iocinori, ſed cordi tulit acceptam. Nec eſt ſane venia dignus Alexander ille Benedictus, qui quum ſe vera methodo exquirere omnia iactitet, tamen ſua illa quam ædidit corporis diſſectione, omnium viſus eſt ἀμεθοδικώτατος: a quo non aliter quàm à barathris terræq; voraginibus, eos qui ſeſe arti medicæ adſtrinxerint, abſtinere oportet. Vena igitur caua, quã ipſi iecori adnatã, in totũ corpus ſanguinẽ deriuare diximus, ab hepate vtrinque prolapſa, ſurſum quidẽ per ſeptũ trãſuerſum ad cor, atq; inde ad partes ſuperiores alẽdas, attollitur. Deorſum autẽ, in ſpinam dorſi, ſuper arteriam magnam quæ a ſiniſtro oritur cordis ſpecu, quam firmiſſime cõtorquetur. Et quemadmodum quæ ad ſuperiores perreptat, ſuperioribus, ita hæc quæ in inferiora deſcendit, inferioribus pabulum & alimoniam miniſtrat. Cæterum quum ob quam diximus neceſſitatẽ, vna cum ſanguine ipſo, ſeroſa quædam humiditas ſemper errabunda vagetur, quæ veluti ſanguinis vehiculum eſt, ad eandem iam ſuo munere functam repurgandam, duos vtrinq; renes, ipſi venæ cauæ ſolertiſſime copulauit na-

tura. Qui quidem quũ attrahendi potentia, ſi quæ pars, vel quammaxime exiſtant præditi, ſua vterq; vena, quod ſubtilius in ſanguine reperitur, tranſumit atque repurgat. Cæterum ne aliquod inter trahendum iurgium, inuidiaque ipſis renibus conflaretur, ſi alter alteri è regione fuiſſet locatus (raro enim in ſententia conueniunt duo eiuſdem profeſſionis opifices, ſi præſertim eorum domus ſeſe mutuo reſpiciant, quod potiſſimum in medicis videre licet, inter quos (vt de pharmacopolis atq; tonſoribus taceam) tanta dominatur inuidia, tantus liuor, tantaq; libido, quod maxime dolendum eſt, quanta non facile inter ſutores, aut alterius magis ſeruilis artis artifices) ne inquam ſimili digladiarentur inuidia renes, dextro quidem vt nobiliori, ita paulo ſuperior locus fuit deſignatus, ſiniſtro vero paulo demiſſior, vt qui dignitate etiam eſſet inferior. Vidimus tamen Lutetiæ, qui alterum duntaxat renum habebat. Porro venæ quæ ab ipſa caua porriguntur in dictos renes, emulgentes a medicis nominantur: quarum capita ſiue extremitates, pelliculæ quædam retiformes, in ſimis renum excipiunt. Illæ enim membranulæ, vt quæ exiguas habeant anaſtomoſeis, ſero nempe ſubſtantiæ ſubtili facile quidem cedunt, ſanguini autem, vtpote craſſæ,

non item. Verumenimuero, quum ille ſeroſus humor, vtriuſque renis vẽtriculum penetrarit, confeſtim per alium porum, iuxta emulgentem adnatum, in veſicam ſubiectam deſtillat. bini ſiquidẽ ſunt huiuſcemodi pori ſiue meat⁹, quorum alter quidem dextro, alter vero ſiniſtro reni reſpõdet. Hos enim meatus, tum græci, tum etiam latini, ὀυρητῆρας cõmuni nomine appellãt. Solet ſæpenumero in renibus calculus generari, obturata videlicet illa pellicula, per quam vrina percolari conſueuit, ab aliquo grumo craſſo in renumventriculis delitescente. Idque potiſſimum fit a calore incraſſante. Nec poteſt ſane circa ipſos renes tanta dominari frigiditas, vt poſſit ſanguinem congelare, non autem vitam adimere. Sæpiſſime etiam cum ipſa vrina, ſanguinis magna portio delabitur: relaxata nimirum ac reſerata ea membranula, quæ, dum naturæ ordini omnia noſtri corporis correſpondent, humoribus ſubtilioribus, nempe ſero ac bili ſolùm, ſe facilem præbet. Quemadmodum enim in gymnaſiis, monachorumve cœnobiis, ianitor ſi ſit fidelis, famulis quidem atque miniſtris tantummodo valuas expãdit, aliorum autem qui morum aut diſciplinæ gratia illic detinentur, neminem ſinit exire, niſi forte maximum impetum fecerint, ita etiam in noſtr

corporis venis facile cõtemplari licet, ſanguinem ipſum benignum, ad corporis partes nutriendas, tãquam in carcere vel ergaſtulo acerrime detineri: alios autẽ ſubtiliores humores, poſtquam nullum corpori vſum præſtant, ad ipſam relegari veſicam. quibus omnibus membranula illa intexta renibus, ianitoris munere fungitur. Nam ſi vehementi calore ſoluta relaxataq; non fuerit, aut ab humore acri corroſa, aut a craſſioris impetu dilaniata, ſola bilis cum ſeroſa humiditate percolabitur. Veruntamen renum ſubſtantia, dura, craſſa, fibroſaq; quũ ſit, merito ſanguine puro nutritur. qui quidẽ quũ primum ad renũ aduentarit regionem, acrem illam atq; ſeroſam exuit humiditatem, ac tandem in ipſam renum ſubſtãtiam diſſeminatur. Tentãtur & ipſi renes, ſi quæ corporis pars, plurimis eiſdemq; acerbiſſimis morbis. Qui quidem omnes, ab affecto loco, ſub nephritide cõtinentur: tametſi vera nephritis, eorum ſolum ſit inflammatio. Conſtructi ſunt a natura adeo craſſi, adeoq; ſpiſſi, ne ſimul cum lotio ipſo, ſanguis (vt diximus) deſtillaret. Cæterum ꝙ arteriæ, eadẽ ſerie qua venæ, in renes ſimiliter implantentur, experientia probatum eſt, & etiam ratione ſuadetur: quandoquidem non ſolũ ſpiritum eſt in eis reperire, ſed etiam ſanguinem ſubtilem & halituoſum, qui quidem quãtũuis

ſit ſubtilis,eget tamen repurgatione illius quã habet ſeroſæ humiditatis. Porro vrina a renibus iam ſecreta, poris quos vreteras appellauimus,vniuerſa confluit in veſicam. Implantantur enim tales meatus in ſtomachũ ſiue collũ veſicæ, idque oblique: quæ magna fuit naturæ ſolertia. Siquidem dilatatis quibuſdam membranulis,quæ parti adiacent interiori,humoribus decidẽtibus facile patet ingreſſus.Qui quidẽ ſi regurgitẽt,ac magno impetu ad ſuperiora recurrant,valuulis illis ſiue mẽbranulis conniuentibus,ne tantillum quidem eorũ regeritur ad ipſos renes.Dubitauerũt tamen permulti,vrinam hoc pacto deſtillare in veſicam: falſi nimirũ in diſſectionibus,dũ præ frigoris inclementia occluduntur omnes meatus,ita vt valuulæ illæ atq; foramina omnino ſenſum effugiant. Ego tamen(vt quod imaginatione perceperam,experientia itidem confirmarem)demiſſo per vreteras ſatis prolixo ſpecillo, cõniuentem meatum nó magno dilataui negotio, adeo vt nulla fuerit relicta amplius ambiguitatis occaſio.Porro ipſa veſica duabus frigidiſſimis cõſtat mẽbranis:quæ ſi vulnerentur,raro aut nunq̃ conſolideſcunt. Magnæ etiã eſt magnitudinis,proportione ad alia vaſa: ꝙ exuberantiſſimi humoris ſit receptaculũ. Qui quidẽ humor poſtq̃ in tantam accreuit copiã, vt ve-

ſicam aggrauet atq; diſtendat,per ſtomachũ ſiue meatũ,ad ipſum penem protenſum,demittitur.In ea autẽ parte colli, quæ veſicæ proxima eſt,alter muſculus,ſiue πυλωρὸς, qualis in ventriculo erat,reperitur , ad intempeſtiuũ vrinæ fluxum maximopere reprimendũ.At quum in recẽter natis,huiuſcemodi muſculus humidus atq; admodũ mollis ſit,ideoq; languidus & imbecillus,iidẽ plurimũ ſtillicidio tentantur.Nutritur ipſa veſica,vt diximus, puriſſimo ſanguine:quemadmodũ reliquæ aliæ partes. Cæterũ de veſica iã multa diximus. Nũc vero ad teſtes eſt perueniendũ,quandoquidẽ ex vena caua atq; emulgẽti,ad cõficiendũ ſemen prolificũ ſanguinẽ rapiunt.Quos quidẽ viris,vtpote fœminis calidioribꝰ,ne ſi intus recluderẽt, improba caliditate ferueſcerẽt,quãdo & ipſi mẽbra calidiſſima ſunt,pendulos cõſtruxit natura,vt eximia eorũ caliditas,externa frigiditate flabellarẽt.fœminis vero (nã maſculis frigidiores ſũt) ad ipſam relegauit matricẽ. In maſculis quidẽ teſticuli,qui a nõnullis didymi nominãt,vna & itẽ altera veſtiũtur tunica:interna quidẽ,ſubtili cãdidaq;,cui ne nomẽ quidẽ eſt apte impoſitũ. Externa vero quã ſcrotũ appellant,& rugoſa & oblõga quadã ſutura diſtincta. Quæ ſane tunica in tãtam latitudinẽ poteſt diſtẽdi,vt totã inteſtinorũ molẽ,quũ diſrupto peritonæo deſcẽ-

dunt,ſuo ſinu interdũ poſſit ambire.quem quidem morbum Græci ἐντεροκήλην appellarunt, licet Latini,inteſtinorũ ramicem ſiue lapſum eũ appellẽt. Quatuor vaſa inſerũtur in teſtes, nempe duæ venæ,ac totidem etiã arteriæ. Venæ quidem,quæ geniturã,hoc eſt ſeminis materiam perferunt: arteriæ autem, quæ vitalem ſpiritum,ad ſemen confectum,in matricem cũ impetu iaculandum. Cæterũ quæ vaſa ad læuũ deducuntur teſtem,ab emulgentibus quæ in ſiniſtrũ renem feruntur, ſuam ducũt originem. Quæ vero ad dextrum perueniunt, ab ipſa caua vena atq; arteria dorſali,dubio procul deriuantur. Quamobrem, dextrum teſticulum læuo,dextramq; matricis partem,eſſe altera calidiorem,eſt neceſſe,nimirum quũ in ſiniſtrum ſemper teſticulũ, impurior ſeroſiorq; ſanguis ſemper deſtillet.Inde eſt ꝙ paſtores qui gregis ſtudio tenentur,interdum dextrum, interdum ſiniſtrũ teſticulum,vinculo ſuis armentis excipiant,ad prolem videlicet variãdam.Quòd autem matricis pars dextra,& calidior,& ad mares ſuſcipiendos ſit aptior, oraculũ illud Hippocratis,integerrimã fidem facit, illud inquã quod habet,ἔμβρυα τὰ μὲν ἄρσενα,ἐν τοῖσι δεξιοῖσι,τὰ δὲ θήλεια,ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον, id eſt Fœtus,mares quidem in dextris,fœminæ vero in ſiniſtris frequẽtius.Quod etiam in gerenti-

bus vtero, manifeſte videre licet. Nam ſi dextra mamma illis marceſcat (habet enim cum dextra parte matricis colligantiam maximam) maſculi fit abortus. Sin vero ſiniſtra, quæ cum læua regione matricis, conſortio venarũ communicat, fœmella ſanè exanimiſq; propellitur. Porro venulæ illæ quæ ad teſticulos genituræ ſunt delatrices, nequaquam eorum ſubſtantiã quæ glanduloſa eſt, ingrediuntur (id enim nemini qui ſcalpello teſticulos ipſos diuiſerit, nó eſt perſpicuum) ſed vario plexu in ſuperficiem circũferentiamq; diſſeminantur. In quo quidẽ plexu, ſanguis ille improbe elaboratus, ac poſtea per anaſtomoſes ad glandulas ipſas trãſumptus, albedinem nó vulgarem adſciſcit. Nec tibi ſubeat admiratio, ſi ruberrimus ſanguis in candidiſſimũ permeare poſſit humorem: quãdoquidem vel pharmacopolæ, qui tantũ arte nituntur, ex quantũuis flauo melle, candidiſſimum liquorem conficiunt, opera ac beneficio caloris. At præſto adeſt, ſuis cauillationibꝰ verboſiſſimus atq; blattarius ſophiſta. Quid tu inquis o Peripatetice? an non caliditas mater nigredinis eſt, frigiditas autem mater albedinis? Fateor equidem ò ſophiſta, calorem matrem eſſe nigredinis, ſi naturæ modũ excedat. Nam ſi panem, aut pyrũ, aut mel, aut ſaccarũ, aut quiduis aliud vulcano expoſueris, diutiuſq; relique-

ris,ſubito quidem ſingula eorũ nigreſcent.Argumento ſunt etiam nobis Aethiopes, qui ob inexpugnabilẽ ſub ardentiſſimo cælo aduſtionem,nigri redduntur.Verum quod moderata caliditas idem poſſit efficere,intrepide reluctamur.Ne igitur ò ſophiſta mireris, ſi teſticulorum caliditas quæ blanda eſt & halituoſa, adenumq; frigiditate contemperata, non nigros, ſed albos humores progignat.Iuuat etiam non parũ & glandularum frigiditas ad albedinem illam comparãdam,vt in mamillis nemini videtur obſcurum. Quod vero ab vniuerſo corpore prodeat ſemen genitale,hoc vel maxime facit fidem,quòd immodico vſu veneris vniuerſum corpus ſimul langueſcit.At quomodo id cõtingat,qui in anatomicis ſpeculationibus fuerit exercitatus (vt opinor) haud hæſitabit. Vt enim populoſis & clariſſimis ciuitatibus ærariũ eſt quoddam publicum, in quo quidem communia reſeruãtur bona,ꝙ ſi ex eo quiſpiã aliquid auferat, & ab vniuerſa plebe id ipſum abſtulerit: ita etiam venam illam cauam, quæ vtrinq; in dorſum ſe expãdit, vniuerſo corpori tanquã repoſitorium & promptuariũ intelligas. A qua ſi quæ pars ſanguinem ſuffuretur, iã ab vniuerſo corpore,nempe a capite, a corde, ab hepate,ac deniq; ab aliis partibus eum ſuffurabitur:quum nimirũ omnia hæc non aliunde

quàm a vena caua, ſibi quæritẽt nutrimentum. Quæ quidem ſi inaniatur, nõ eſt vnde ſibi proſpiciant. In venere autem immodica vt plurimum emittitur ſeminis, ita plurimum ſanguinis euaneſcit. Nam ſucceſſione ad id quod vacuatur, ſemper ad teſticulos ex vena caua copioſiſſimus ſauguis deſtillat, quãdoquidem ad drachmam ſeminis conficiendam, vix ſanguinis vnciæ duæ ſuffecerint. Redigetur enim in multo minorem portionem, poſtquam & efferbuerit, & poſtremam elaborationem fuerit indeptus: nõ aliter quàm ſi ex vnico aeris pugillo (ſic enim philoſophi dictitant) decem ignis velis conficere. Id igitur eſt in cauſa, vt in venereo congreſſu, dum ſemen elabitur teſtibus, laſſitudinis quendam ſenſum, licet voluptuoſum, circa lumbos & renes homines ipſi ſentiſcant. Qui quidem fit, exuberanti ſanguinis copia, ex caua vena ad teſticulos confluente, ne videlicet eorum actio fruſtrata, materiæ inopia langueſcat. Sentiunt præterea magnam cerebri imbecillitatẽ, qui inexplebili luxu tenentur, ꝙ per neruos etiam, puriſſimã eius ſubſtantiam, teſticuli ſugant ac populentur. Id vere compertum eſt in ſalaciſſimo quodam, in cuius caluaria poſt funus diſſecta, exiguũ idemq; ſicciſſimum cerebrum fuit repertum. Quin etiã & oculi ipſi nimia venere condoleſcũt, ob

eam neruorum cum genitalibus colligantiam. Quod autem in teſtes nerui aliquot inſerātur, ex epilepticis diſcas oportet, quibus ob miſeram totius corporis cōuulſionē, teſticuli adeo premuntur, vt tandem citra voluntatis imperium reddere ſemen cogantur. Verū ii nerui, authore Cornelio Celſo, omnino inſenſiles ſunt. At ſi Venus modica ſit, vt nihil horum contingit, ita etiam admodū vtilis eſt. Nam (vt Paulus Aegineta teſtatur in primi libri progreſſu) humores ſuperfluos inanit, corpus agile reddit, in augmentū promouet, & virile magis efficit. Quantū vero ad animum pertinet, impeditam intelligendi vim diſſoluit, iratos mitigat: eoq; melācholicis coitus, ſi quid aliud, remedium eſt accommodatiſſimum. Item alio modo inſanientibus, integritatem ſenſuū reſtituit. Iam pituita redundantibus, Venus eſt vtiliſſima. Alii enim cibū reſpuentes, eius cupiditatē hinc recuperarunt. Alii continuis per ſomnum veneris imaginibus liberati ſunt. Ita quidem Paulus. Cæterum ad hæc omnia fœliciſſime pernoſcenda, præſtat medicū eſſe Tarquinum, quàm Xenocratem illum caſtiſſimū, qui nec forma, nec blanditiis, nec deniq; titillationibus meretriculæ fuit allectus. Porro ſi teſticuli viris eximantur, robur, vires, forma, vox, barba, deniq; ingenium & mores ſimul cū

eis eximuntur,quandoquidem omnia hæc, ca-
lore illo ſubtili & halituoſo quē ſemē præſtat,
abſolutiſſime perficiuntur.Quā ob rem ſpado-
nes,vt qui ſemine prolifico careāt,nullo modo
barbeſcunt.Scis enim frigidam naturam & hu
midam, quali nimirum eunuchi ſunt præditi,
penitus glabram eſſe.Nam ad pilos barbamq;
procreanda, humor quidem tanquā materia,
calor vero ſubtilis qui humorē ad imbecillio-
res partes propellat, dubio procul deſideratur.
Quem re vera calorem,in ſpadonibus reperire
non eſt . Iccirco humores in eis ad mentum,
axillas, ac deniq; ad pubem mittendi,confer-
tim coaceruātur,ac ſæpenumero in crura ipſa
decūbunt.Quo fit vt maiori ex parte, eunuchi
podagra corripi ſoleāt.Sed quid ad illud Hip-
pocratis, ἐυνοῦχοὶ ὀυ ποδαγριῶσι? Canemusne
palinodiā? An inficiabimur quæ oculis indies
experientia nos docuit? An tanti viri autho-
ritatem, hac in re ducemus floccipendendam?
An potius quemadmodum Galenus & Oriba-
ſius hunc locum interpretantur , Hippocratis
tempeſtate ob temperantiam ac modeſtam vi-
uendi rationem , articularibus morbis eunu-
chos non fuiſſe obnoxios,nunc vero ob ma-
ximum otium, maximamq; deſidiam, talibus
morbis corripi aſſeuerabimus?Minime gentiū.
Quid igitur? Dicendum eſt, mea quidem ſen-

tentia,idem in illo oraculo Hippocratem nos docuiſſe,quod Ariſtoteles ſectionis decimæ ꝓblemate triceſimonono nos monuiſſe videtur. Dictio enim Ariſto.ita habet. Cur ſpadones vel omnino varicibus vacãt,vel minus habent q̃ cæteri?& reliqua quæ in citato problemate conſequuntur.Imò quod maxime meam opinionem confirmat, reperi in quodã manu ſcripto exemplari,ἐυνοῦχοι ὀυκ ἰξιῶσι.hoc eſt,eunuchi varicibus non cruciãtur.Varices autem quæ ſint,nemini opinor obſcurum. Potiſſimũ enim dicuntur,quæ venæ circa tempora cruraq; multo ſanguine intumeſcere ſolent.quam ob rem nihil obſtare video,quo minus ſpadones podagroſi ſint, varicoſi autem non item, quum podagra defluentibus craſſis humoribus in cruris articulos ac reliquas eius partes fiat: varices autem,venis quæ in cruris ſuperficiem diſſeminantur, turgentibus exuberantiſſimo ſanguine. Crediderim itaque, Ariſtotelem ab Hippocrate,quem hoc in loco integre interpretatus eſt, ſuum illud problema ſumpſiſſe. Fœminis autem tametſi teſticuli inſint,parum tamen ſeminis inditum eſt a natura: idemque quàm in viris, numeris multis frigidius. Nec enim ſolum ſemen virile ſat eſt ad generationem, niſi etiam ſimul muliebre confundatur commiſceaturque, ad prolem videlicet com-

pingendã. Imo vero nec vtrũq; ſemen aliquid momenti ad generationẽ præſtare poteſt, niſi etiã & ſanguis menſtruus tanquã generationis materiã ſeſe exhibeat. Semen enim potiſſimũ analogiam formæ ſortitur. Etenim ſi vtero mulier nõ gerat, ac florida vigeat ætate, exuberans ſanguinis copia, per ampliſſimas quaſdã venas, quas in matricẽ aperuit natura, ſingulis menſibus ſolet excerni. At ſi conceperit mulier, vniuerſus ille ſanguis, alioqui tempore conſtituto repurgandus, in alendo fœtu cõſumitur. Atq; id eſt in cauſa, vt in prægnantibus menſes ſint interdicti. quòd ſi fluxerint, id non fiet ſine maxima fœtus iactura. Nec mireris ſi ſanguis ille ſua natura benignus quũ ſit, non qualitate, ſed tantũmodo quantitate peccãs, fœculentus graueq; olens ex ipſa matrice labatur: ſiquidem omnis humor, quantũuis puriſſimus ſit, ſi proprium vas egrediatur, tandẽ corrũmpitur atq; emarceſcit. Equidẽ circa muliebria pudẽda, nõ poſſum facile riſum reprimere, dũ conſpicio Galenum acerrime contendentem, vt ex virili pudẽdo, muliebre pudendũ efficiat, quod ne natura quidẽ, quæ omnium rerum eſt generatrix, vnq̃ potuit efficere. Quũ em̃ tot particulæ fœminarũ pudẽdis inſint, quot virorũ, dicit muliebria pudẽda eſſe prorſus virilia inuerſa, atq; ad interiora relapſa. Iã vero, vtriſq; pudẽdis indit⁹

eſt a natura pruritus,ac titillatio quædam libidinoſa, ſecundum quam ad libidinem prouocamur. Verum creetur ne talis pruritus ab aliqua humiditate ſeroſa,perinde vt docuit Galenus, plane affirmare non auſim. cuius potius cauſam crediderim flatulētam ſeminis exhalationem. Nam poſtquam teſticuli ipſi calidiſſimo ſemine turgent,eoq; maxime diſtendūtur, cupiūt exonerari,tantūq; abiicere onus. Prius igitur calidum & halituoſum vaporem ad virgā,quæ arterioſa admodumq; neruoſa eſt,exhalant. Qui quidem vapor,flatulentus ſua natura quū ſit, eam diſtendit, taliq; iritat titillatione, vt minimo negotio ſemen nō multo poſt propellatur. Idē etiā erit iudiciū, de quo indies mulieres exiliunt pruritu ſeu titillatione. Quòd autem hæc ita ſe habeant, Platonis ſentētia nobis patrocinatur,quæ in hunc modum habere videtur. ὁ δ' ἅτ' ἔμψυχος ὢν, καὶ λαβὼν ἀναπνοὴν τοῦθ' ᾗπερ ἀνέπνευσε τῆς ἐκροῆς, ζωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐμποιήσας, αὐτῷ τοῦ γεινᾶν ἔρωτα ἀπετέλεσε. id eſt Hoc autem,vtpote animatum ac reſpirās, qua parte ſpirat, per eandem vitale effluendi deſiderium gignit,atq; ita generandi amorem nobis inſeruit. huiuſcemodi Plato. Nouit enim natura,quàm genus humanū ad otium atq; deſidiam eſſet propenſum: cui niſi in congreſſu, tanquam mercedem,voluptatem aliquam ad-

iunxiſſet, generationi (quæ quiddam ſemidiui-
num eſt) nemo ſanè operam daret. Icċirco ne
ſocordia hominum ac negligẽtia, generis hu-
mani propago funditus interiret, cauſa illa ſu-
prema, quæ inferiora hæc ſuo nutu gubernat,
tanquam laboris præmium ac remuneratione̅,
libidinoſam hominib⁹ indidit voluptatẽ. Qua
quidem non aliter quàm animalia, genitalia
mẽbra impelluntur. Cuius rei non ignarus Pla
to, ita ſcribit in Timæo. διὸ δὴ, τῶν μὲν ἀνδρῶν,
τὸ περὶ τῶν αἰδοίων φύσιν ἀπειθές τε καὶ αὐτοκρα
τὲς γεγονὸς, οἷον ζῶον ἀνυπήκοον τοῦ λόγου, πάν-
των δι' ἐπιθυμίας οἰστρώδεις ἐπιχειρεῖ κρατεῖν, αἱ
δ' ἐν ταῖς γυναιξὶν αὖ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι λεγό-
μεναι, διὰ ταύτα ταῦτα ζῶον ἐπιθυμητικὸν ἐνὸν
τῆς παιδοποιίας, ὅταν ἄκαρπον παρὰ τὴν ὥραν χρό
νον πολὺν γίγνηται, καλεπῶς ἀγανακτοῦν φέρει.
hoc eſt, Quocirca pudendorum naturæ in vi-
ris inſita vis, inobediens ac imperioſa, & qua-
ſi animal non exaudiens rationem, furioſarum
libidinum violentia, ſubiicere ſibi cuncta co-
natur. Vulua quoque matrixque in fœminis,
eadem ratione animal auidum generãdi, ſi in-
tempeſtiue diuq; a generando abſtineat, ægre
fert moram, plurimumq; indignatur. hæc Pla-
tonis ſunt. Verumenimuero, venulæ quas di-
xeramus in teſticulis ſuis flexibus ſemen con-
ficere, poſt longam reuolutionem, in virgæ ra-

dicem ſe inſinuant, iuxta eam nimirum regionem, quæ excipit vrinarium meatum. Porro ipſius colis pars ſumma, analogia quadam glãs dicitur. Qua integitur autem portio, merito nominatur præputium. Fœminarum autem ſinus, a græcis κτεὶς appellatur: cuius carunculæ vtrinq; adiacẽtes, Athenienſibus quidem νυμφαὶ, Romanis autem colliculi appellitari ſolẽt. At totum illud ſpatium, quod inter carunculas matricemq; vallatur, ſuo iure colli nomen accepit. Cæterum ipſius matricis ſinus, in quos proceroſiſſimas venas, ſanguinis delatrices aperiri iam diximus, alas ſiue cornua matricis omnes medici vocitarunt. Inter omnia tamen hæc, carunculæ ſupra dictæ, exactiſſimum poſſident ſenſum: ſicuti etiam glans priapũ ipſum terminãs: ob vberrimam in eas parteis, neruorum implantationem: quorum ratione potiſſimum, omnis pruritus & titillatio eis indita eſt a natura. Abſoluto iam pudendorũ ſermone, nempe eorum particulis adamuſſim examinatis, quibus omnibꝰ ea venæ cauæ portio quæ ad inferiora deſcendit, pabulum & alimentum miniſtrat, ac veluti materiam ſuggerit operationum, reliquum eſt, vt alterum etiam ramũ, qui ſurſum verſus porrigitur, oratione ſimiliter complectamur: quandoquidẽ nemini dubium eſt, muſculos qui nates conſtituunt, ſimi-

liter crura ipſa, ab inferiori ramo ſuũ aſſumere nutrimentum. De quibus ſanè omnibus, ſicuti etiam de oſſibus quæ muſculis ipſis teguntur, peculiari agemus commentatione. Nunc igitur ad inſtitutum nos conuertamus. Prius tamen q̃ adoriamur rẽ ipſam, de diaphragmate ſeu ſepto tranſuerſo, naturalem animæ vim a vitali animaliq; diſtinguente, quoniam nunc ſe obtulit nobis occaſio, nonnihil eſt referendum. Nec enim ſat habuit natura, partem animæ longe abiectiſſimam ad infimam ventris regionem abducere, niſi etiam hoc ſeptum interieciſſet, ne videlicet aliquid negotii faceſſeret altioribus animæ operationibus. Porro ſeptũ tranſuerſum quod dicimus, vnicus muſculus eſt: qui ꝙ tranſuerſim hominem diuidat, id vocabuli non iniuria ſortitur. Vnde ab aliquibus περίζωμα, id eſt cingulum nominatur: cõmuniori autẽ vocabulo diaphragma, vt omne illud quod aliqua diuidit, nominari conſueuit, ἀπὸ τοῦ διαφράττειν quod dirimere etiam ſignificat. Frequentiſſime autem Galenus, quemadmodum etiam Plato, hoc membrum phrenas appellat, quaſi dicas mentem, ꝙ hac parte potiſſimũ læſa, in deliriũ paraphroſynẽq; homines cõfeſtim rapiãt. Quod ſane græcorũ plurimos duxit in ſtuporẽ, vt putarent mentẽ animamq; ratiocinatricẽ in diaphragmate fuiſſe locatã.

Multi vero hoc inſtrumentum nominarunt præcordia, vt quod ſit cordi admodum vicinũ & familiare. Cæterum quo nomine id appelles, indifferens eſt, modo partẽ eã quæ vẽtriculum & hepar a corde diſtinguit, tali cognomẽto intellexeris. Etenim hoc ſeptum tranſuerſum, reſpirationi maximum præſtat vſum, adeo vt reſpirationis tantum gratia in continuo motu verſetur. Plurimum etiam facit ad alui fæces præcipitandas. Nam ſine eius auxilio, hypogaſtrii ac inteſtinorũ expultrix, manca admodum foret: non magis ad inferiora quàm ſuperiora (vt diximus) exundantia excrementa propellens. Septum tamen tranſuerſum, ad manus quæ in carpo iunguntur, ſimilitudine non vulgari, recrementa omnia ad inferiora vſque adeo peſſundat, vt ne halitum quidem minimũ ad ſuperiora ſinat peruolitare. Nec ſunt adeo diſtinctæ, adeoq; ſuis terminis terminatæ, virtute diaphragmatis, hepatis cordiſq; regiones, vt non liceat tanq̃ ἐμπόρους, horũ mẽbrorũ virtutes vltro citroq; cõmeare. Nam age ſane, quũ iecur triũ viſcerũ dicimus lõge fæculẽtiſſimũ, Turcã illum omniũ qui imperiũ obtinent pernicioſiſſimũ, te intellexiſſe velim. dum vero cor, ſumm⁹ põtifex veniat tibi intelligẽdus: qui vt mediã inter Chriſtianos omneis occupat ſedẽ, ita ſplẽdidiſſimũ quoddã numẽ, rara quadã

alacritate ex æquo omnibus elargitur,perinde vt cor omnibus corporis partibus vitalẽ ſpiritũ.Iam deniq; tertio,cerebrũ in quo princeps animæ vis ſedem accepit, clariſſimo noſtro imperatori meritò comparaueris.Et quẽadmodũ hæ tres oræ, Græcia, Italia, atq; etiam Hiſpania,non adeo ſuis terminis continentur, vt interdum mutuo inter ſe non cõmeent(confluũt enim mercandi gratia, Turcarum nõ pauci in Italiam, quẽadmodum Italorum in Hiſpaniã plurimi, ſicuti etiam contra)ita non vſq; adeo hepar & cor opponuntur,vt ab hepate vſq; ad regiam cordis, tanq̃ mercator opulentiſſimus, latiſſima quædã vena non vagetur.Sanguinem enim mittit hepar(nam eo maxime abũdat) vt cõmutatione minime pœnitẽda, ſpiritus quorum inopia laborat, à corde per arterias recipiat.Simili nimirum ratione cor ad cerebrum per arterias vitalẽ ſpiritum mittit,vt poſtea demum per neruos ſpiritũ animalem qui multis numeris pretioſior eſt, a cerebro ipſo trahat. Nouit ſiquidem Luſitanorũ rex, quã cõmodũ ſit,quamq; iucundũ,plumbeos gladiolos,figulinaq; vaſa ad Aethiopas mittere,vt illinc nauigia auro puriſſimo onuſta, in Luſitaniam vehantur.Quod quidẽ analogia quadam,cerebro cordiq; reſpondet. Venæ igitur cauæ alter proceroſiſſimus ramus, p medias phrenas recta ad

imperium cordis aſcendit, paululũ ad dextras thoracis partes declinãs, ita vt in dextram cordis auriculã ſeſe inſinuet. Porro quũ totus homo ad æquilibrium cõpoſitus ſit, mediam thoracis regionẽ ipſum cor occupauit: tãetſi vergere in ſiniſtrũ alterũ latus magis magiſq; videatur, ob illã ſiniſtri ſpecus frequentẽ palpitationẽ, quæ ſiniſtrũ q̃ dextrũ latus magis ferire videtur. Vnum & itẽ alterũ habet duntaxat ventriculũ, dextrũ ſcilicet, & ſiniſtrũ. Nec ſcio quid eorũ ænigma velit, qui tertiũ etiam cordi ventriculum addunt, niſi forſan per illum, poros eos qui in ſeptulo ſunt intelligunt. Verũ enimuero cor, vt quod ex ſe ſanguinem nullũ habeat, per auriculam dextri ventriculi à vena caua illum accipit mutuo. Ex quo tranſumpto in ſiniſtrum cordis ſpecum, vitales ſpiritus conficiuntur: qui tandẽ per arterias in vniuerſum corporis habitum relegati, frigidas quidem partes calefaciunt, calidas autem impenſe ſua flabellatione refrigerant. Quum igitur cor principaliſſimum totius corporis organum ſit, quodq; prius viuat, tardiuſque moriatur, aliqua ex parte condonandũ eſt Ariſtoteli, qui putarit principem animæ vim non alibi q̃ in corde eſſe locatã. Siquidem ab hoc vno ira ſiue excandeſcentia, ab hoc vno timor, terror, atq; triſtitia: ab hoc vno pudor, gaudiũ ac de-

niq; lætitia geſtiens, quid multa? omnes ferme perturbationes, quas græci pathemata vocant, ab hoc vno ducunt originem. Iracundia ſiquidem fit, ſanguine copioſiſſimo vnà cum ſpiritibus ipſis, in cordis ventriculis efferueſcente, ac ad exteriora, quaſi ad vlciſcendum ſumẽdamque vindictam, magno impetu proſiliẽte. Iracũdiæ autẽ, metus & trepidatio, quod ad generationẽ quidẽ ſpectat, ex diametro cõtrariãtur. Nam quemadmodũ in iracũdis ac furioſis hominibus, feruẽtiſſimus ille ſanguis per corporis ambitum ſe diffundit, ita in illis qui animo ſunt perculſi, calidiſſimi quiq; humores, in corporis riuulis coaceruati, quaſi ad fugiendas extrinſecas calamitates, ſimul ad regiam cordis feruntur: exterioribus corporis partibus, frigidis pallidiſq; relictis: quẽadmodum in obſidione Romana, dũ vrbe funditus iam exciſa, epiſcopi & cardinales in ampliſſimã ſancti angeli arcẽ confertiſſime confugiebant. Inde eſt, vt ſæpenumero formidine magna detẽti, q̃ plurimi defungantur vita, ſuffocato genuino cordis calore, magna confluẽtium humorum colluuie, atq; exuberantia. Simile quid etiam patiuntur & merore afflicti cum trepidantibus, quod triſtitia veluti timor quidã ſit futurorũ, aut dolor præteritorũ, qui calamitatẽ aliquã reliquerũt. Porro gaudiũ ac immoderatꝰ riſus fit

animo effuſo ac exultante, ſanguine vtiq; ſimul cum ſpiritibus ad exteriora corporis reuocato: quēadmodum in iracundia, diuerſa tamen ratione. Iracundi ſiquidē, iritati, ac admodum laceſſiti, violenta tali perturbatione efferuntur: geſtientes vero, quaſi vltro ad lætitiā alliciūtur & gaudium, tametſi interdū a gaudio temperare non poſſint, ac demum lepidiſſime ſtultiſſimeq; moriātur. Quod quidem Chiloni contigit Lacedæmonio. Nam cum filium Olympiæ coronatum amplexaretur, immodica periit lætitia. Idem etiam refert Plinius de mirifico illo poeta Sophocle, libro ſeptimo capit. 53. qui quū tragicæ victoriæ literas accepiſſet, magno ac inexpugnabili gaudio, vitā ipſam deſeruit. Philippides etiā comœdiographus, quum in certamine poetarū præter ſpem viciſſet, repente (vt inquit Gellius) extinctus eſt. In omnibus nempe his, corde omni calore fruſtrato. Sunt & innumera alia exempla, quæ impræſentiarū citari poſſent, ni hiſtoriā potius quàm medica theoremata cōtexere videremur. Cæterum vt quæ ab ipſo corde quodāmodo habent originem, omnes affectiones abſoluā, non fuerit tibi moleſtum, ſi paucula quædam addidero circa aliā animi perturbationem quæ dicitur pudor. Erubeſcimus enim, ac pudore afficimur, dū nimis ſuperſtitioſe laudamur, cōmēdamurq;, quis

anatomica

rariſſime: aut vbi aliquod turpe facinus ac in-
decorum patrarimus: aut deniq; aliqua igno-
minia notati. Porro pudore affecti, ꝓtinus cir-
ca malas inexpugnabili ſuffunduntur rubore,
corde videlicet tanquã ſeueriſſimo quodam cẽ-
ſore, calidos illos humores ad patranda ſcelera
animum inuitãtes, minimeq; audientes rationi
quãlongiſſime a ſe propellẽte, ac veluti ad luẽ-
das pœnas in exiliũ exterminante. Sed nec cor-
priꝰ in ſuos ſinus admittit, q̃ ſupplicii loco pau-
lulum refrigeſcant, rationiq; ſint morigeri. At
vero in luminibus ſolùm, Ariſtoteles pudore
fieri conſcribit: quod qui pudore tenẽtur, ocu-
lis reſpicere nequeunt. Cæterum quãdo agitur
de pudore, tãetſi parergon & quodãmodo alie-
num ab inſtituto videatur, tamen nec ſilentio
eſt prætereũdũ, pictoris cuiuſdã Romani lon-
ge lepidiſſimum non ſine ſale dicterium. Quũ
enim D. Petrum & Paulũ vſq; adeo rubicũda
facie pinxiſſet, vt propemodũ ſanguinem reſu-
dare ſpectantibus viderẽtur, quas quidem ima-
gines pro foribus vænales erexerat, forte for-
tuna duo iidemq; opulẽtiſſimi cardinales tum
temporis vicum illũ luſtrabãt. Qui quum tam
deformes figuras intuerentur, quid ita, interro-
gãt ipſum pictorem, genuinum vultus colorẽ
his formis non indidiſti, quin potius natiuum
atq; hominibus familiarẽ, in longe ruberrimũ

cõmutaſti? An dum hæc lineabas, dolium erat tibi penicillum? Variis cõuitiis in hominẽ debacchabãtur. At ille, ne miremini, inquit, ſi ita adumbrauerim Petrum & Paulum. Nam re vera, multo maiori rubore etiam apud ſuperos ſunt ſuffuſi. Rurſus illi, Sed vnde tu id coniectaris, o præclare vinearum geometra? Vnde o purpurati? (inquit ille toruis oculis intuens) iam nunc dicam. Præ magno enim pudore, quòd videant ſuam eccleſiam Romanam, quæ olim apoſtolorum imperio gubernabatur, à talibus quales vos eſtis, flagitioſiſſimis nebulonibus gubernari, admodum erubeſcũt, atq; huiuſcemodi ſibi ruborem conciliant. Ita enim de pudore apoſtolorum effinxerat artifex ille facile omnium impudentiſſimus. Cordis ſubſtantia fibroſa ac admodũ carnoſa eſt. Sortitur omne genus villorũ, id ſcilicet eius operatione exigẽte. Siquidẽ acerrime per venam illã quæ dextro ventriculo inſeritur, trahit, rectis vtriq; filamentis. Obliquis vero, ac valuulis illis quæ vtriq; auriculæ ſunt adnatæ, retinet: vt minus ſanguis ad venam cauam recurrat. At vero ſi quid recremẽtitiũ in ipſo ſanguine reperiat, id prorſus tranſuerſis abigitur filamẽtis. Nec omnino ille ſanguis craſſus in dextro elaboratur ventriculo, ſed poſtquam mediocrem quandam, ac veluti præuiam diſpoſitionem eſt aſſe-

cutus, portione aliqua per arterioſam venam ad nutriendos pulmones ſublata,quod reliquũ eſt, per interiacens illud ſeptulum (poroſum enim id eſt)ad cõficiendos vitales ſpiritus, in ſiniſtrum ventriculum percolatur. Quibus demum elaboratis,per robuſtiſſimas quidẽ in totum corpus arterias,per tenuiſſimã autẽ in pulmones,vitam, flabellationemq; natura cordis emittit. Interim tamen aduerte circa artificiũ opuſq; naturæ. Nam quum duo ſolũmodo vaſa à corde in pulmones produceret,alterũ quidẽ quæ vena eſt,arterioſum, alterum verò quæ arteria,venoſum, hoc eſt vnica tunica fabrefactum, compegit. Nouerat enim pulmonum ſubſtantiam, rariſſimam ac ſubtiliſſimam eſſe: atque ideo eam benigniſſimum tenuiſſimumque nutrimentum deſiderare. Ne igitur ſi vena ipſa, vnica tunica fuiſſet conſtructa, ſanguis deflueret ad pulmones admodum craſſus & corpulentus, ob raritudinem nimirũ ipſius membranæ, alteram robuſtiſſimã adiecit tunicam, vt ſanguis ipſe non libere, ſed veluti per angiportus quoſdam rariſſimus atq; tenuiſſimus pulmonibus inſtillaret. Cæterũ in arteria venoſa,alia eſt nobis excogitanda ratio. Quum enim de ſanguine craſſo in ea nec ſuſpicio nec periculũ videret,vt facilius cordis ac pulmonũ motui obſecũdaret, vt etiam copioſiores ſpiri-

tus refunderet ipſis pulmonibus, ex vnica tantum tunica, eademq; tenuiſſima, fuit cõpacta. Porro per hanc arteriam, animã in pulmonibus elaboratã, cor ad ſui refrigerationem, imo etiã ad vitalis ſpiritus nutritionẽ inſpirat, nec immemor tanti beneficii, nam per quam viam frigidum aera trahit, per eandẽ, remunerationis gratia, calidiſſimos refundit ſpiritus. Verũ ecce non vulgaris controuerſia ſuborit̃. Quum enim ex corde in pulmones, duo tantummodo vaſa explantentur, alterum vena arterioſa, per quam defertur ſanguis ſubtilis ad nutritionem eorum, alterũ arteria venoſa, per quã in cordis ſyſtole (vt & Galenus ipſe fatetur) vitales ſpiritus relegãtur, quæſtio inquã oritur, quando, aut per quẽ locum excrementa fuliginoſa a ſiniſtro cordis ventriculo ad pulmones ipſos pellũtur. Nõ per venam arterioſam: ſolus enim ſanguis per eam emittitur. Dices forſan, per arteriã venoſam. Sed quòd nec per eam, facillimũ eſt probare. Nam aut in diaſtole, aut in ſyſtole. Non in diaſtole: nam cum tũc tẽporis cor dilatetur, trahit quidem benignũ aera, non autem mittit. Non in ſyſtole, dum contrahitur. tunc ſiquidem mittit vitales ſpiritus ad pulmones. igitur nũquam. Iccirco exiſtimandum eſt aera frigidum prius in pulmonibus accuratiſſime elaborari, q̃ ad cor ipſum perueniat. Qui quidẽ

elaboratus puriſſimuſque quum ſit, protinus in vitales ſpiritus permeat, ita vt parum aut nihil ex eo relinquatur excrementitiũ. A pulmonibus vero, poſtquam aerem illum frigidum elaborarint, exhalationem hanc fumoſam expelli, quæ quidem, illius qui ad cor fuit relegatus, benigniſſimi ſpiritus, eſt recrementum. Quod ſi hæc tibi minime arrideat ſententia, dabis proculdubio alterum horum, aut plura quàm duo vaſa à corde explantari in pulmones: aut per quam arteriam venoſam vitales ſpiritus cor in pulmones mittit, per eandem ſimul cum ſpiritibus fuliginem amandari, quod quidem naturæ ordini minime eſt conſentaneum. Eſt ſimiliter aduertendum, cor non nutriri ſanguine vaporoſo, in dextro ventriculo elaborato (omnino enim craſſæ ſubſtantiæ, qualis nimirum cordis ſubſtantia eſt, non congruebat tam ſubtile alimentum, tamque halituoſum) ſed alio longe craſſiori, qui ex ramulo venæ cauæ, in caput eius turbinatumque mucronem inſtar coronæ contexto, indies magiſque deſtillat. Elaborat autem ſanguinem illum in dextro ventriculo, quum ad nutritionem pulmonum, vt multo liberalius illi frigidum aera miniſtrent, tum etiam ad generationem vitalis ſpiritus, nam ex eo ducit originem. Porro pulmones à ſe nullum genui-

num motum habentes, non alio modo quàm folles, dum manibus dilatantur, à muſculis intercoſtalibus attolluntur. Nec dilatantur quidem, quòd aer in ipſos irrumpat, ſed quoniam dilatantur, ideo vel maxime in eos ſpiritus præcipitatur. Qui tandem elaboratus, ardentiſſimam cordis caliditatem retundit atque refrigerat. Nec mirum tibi videatur, ſi calidus interdum aer, cordis calorem refrigeret. nã plerunque quod minus calidum eſt, ſolet refrigerare id quod calidius. Tegitur præterea cor tunica quadam neruoſa, que græcis περικάρδιον dicitur, ac tanquam muro fortiſſimo, ea vndiq; circumuallatur. Reperitur autem perpetuo, tepida quadam humiditate, huiuſcemodi membrana repleta, ne forte tam aſſiduo tamque improbo motu cor ipſum defatigatum, miſere ſiccitate tabeſcat. Recreatur igitur atque madeſcit ea quam iuxta ſe habet lympidiſſima humiditate. At vero in corde mentem hominis habitare, Plinius libro vndecimo capite 37. aſſeuerare non erubeſcit, quod vnicum viſcus vitiis non macerari, vnicum læſum illico mortem adferre, ſit in confeſſo. Similiter etiam Chryſippus in corde & naturalem & ratiocinatricem animam collocari pronunciat. Quam quidem ſententiam friuolam, rara quadam dexteritate,

Galenus, prioribus de placitis philoſophorum libris, exterminauit. Nec enim naturalis nec animalis facultas in corde ſedem ſortitur, quandoquidem ad has potentias, longe accommodatiora membra a natura ſunt conſtituta. Porro cor duplicem habet motum, alterum quidem proprium, qui illi κατὰ τὴν φύσιν ac per ſe ſemper ineſt, alterum vero alienum, ac (quod aiunt) veluti ex accidenti quodam annexum. Proprium quidem motum appello, qui ad ſui generationem, cerebri operam non deſiderat. Atque is demum arteriarum eſt motus, qui ob fluxum pariter & refluxum vitalis ſpiritus per arterias, merito cauſari videtur. Siquidem dum cor dilatatur, arteriarum fit ſyſtole, ſeu concidentia, regurgitantibus ad cor ſpiritibus vniuerſis. dum vero comprimitur, diaſtole ſeu dilatatio earundem, quòd ad arterias tum temporis ſpiritus iterum relabantur. Ad hunc igitur arteriarum motum, qui cordi eſt peculiaris, nullũ omnino cerebrum vſum præſtat. Nam ſi aliquem, maxime demittendo per neruos animales ſpiritus, ad cauſandam ſyſtolẽ & diaſtolem: cæterum quod id nõ fiat, facile eſt quidẽ docere. Nam ſi neruos omneis atq; etiam omnes arterias quæ cerebro cordique ſunt communes,

vinculo velis excipere, nihilominus ſyſtole atque etiam diaſtole in corde perſeuerabunt. Eſt tamen & alter motus (vt dixi) muſculorum intercoſtalium, quo quidẽ ſimul & ipſum cor aliquo modo mouetur. Atq; is a cerebro dubio procul ducit originem: quippe qui per muſculos ac neruos fiat. Nec velim mihi fraudi futurum, quod dixerim cordi duos ineſſe motus: alterum proprium, alterum accidentarium. Id enim rationi conſentaneũ eſt, ac plurimis quæ in naturalibus veluti axiomata ponũtur, haud abſimile, quãdoquidẽ eorũ qui in Aſtronomicis ſunt verſati, nemo ignorat, mea quidem ſentẽtia, ſeptem planetarum (quos errabundos appellãt) orbes, vno & item altero circumuolui agiq; motu: altero quidẽ illis cognato, nempe ab occidente in oriens, altero vero rapido ac violento, impetu videlicet primi mobilis. Simili certe ratione, etiam in cordis motu ſe res habere videtur. Nam ad thoracis diaphragmatiſq; motum, non aliter ipſum mouetur, quàm ſeptem planetarum iam dicti orbes, rapti impetu primi mobilis. Mouetur autem inſito motu, dum ſpiritus quos ambit vitales, nunc pellit, nunc reuocat regeritque. Siquidem ad reſpirationem ſolum, thoracis motus fuit conſtitutus: Verum quia non poterant tali motu pulmones ipſi moueri, quin &

cor ipſum quodammodo moueretur (ſunt enim magna neceſſitudine coniuncta viſcera) miretur nemo, ſi contrariis motibus cor agitari videatur, licet alter qui alienus eſt, potius neceſſitatem quàm vſum aut vtilitatem aliquam conſequatur. Quum igitur totius corporis pulſus, ſit motus cordis & arteriarum, a ſubtiliſſimis vtique ſpiritibus factus, tales autem ſpiritus in ſiniſtro cordis ventriculo elaborentur, merito inde arteriæ omnes ducunt originem, vt tanquam magni caudicis rami, in vniuerſum corpus ſparſæ, ſpiritalem ſanguinem riuent. Si igitur huiuſmodi ſanguis plus quàm par ſit incaleſcat, agiliorque reddatur, arteriarum confeſtim motus erit multo citatior. ſi vero impenſe (vt cõtingit) frigeſcat, motus erit longe tardiſſimus. Ex robore etiam ac virtute ipſius cordis alias licet tibi ſumere differentias. Nam ſi virtus valida ſit, pulſus etiam validus erit: ita vt tangentis manum, acerrime ferire videatur. Sin vero deiecta ſit atque imbecilla, pulſus ſane adeo languidus erit, vt ne dilatari quidem percipiantur arteriæ. Licet ſimiliter tibi, motum qui medius inter hos ſit, tanquam normam adinuenire. Plurima tamen ſunt & alia genera pulſuum, vt æqualis & inæqualis, frequens & rarus, magnus & paruus, mollis & durus, quæ quidem recenſe-

re, impræſentiarum non eſt ex vſu: nimirum quum præſenti commentationi ſufficiat, nullam poſſe febrem oriri, quin prius ſpiritus ſiniſtri cordis ventriculi, aliqua ex parte incaleſcant, vt inde calor per vniuerſum corporis habitum inſpergatur. Cordis ſubſtãtia (vt quæ reliqua ſunt, etiam ſermoni apponamus) perinde vt diximus, carnoſa admodum eſt, neruo, arteria, vena, præterea etiam oſſe non deſtituta. Neruũ ſiquidẽ habet, ne omnino inſenſile tã generoſum permaneret viſcus. Os autẽ, ad ligamentorũ robur ſolertiſſime cõfirmãdũ. Quid porro in corde ſibi velint arteriæ ac præterea venæ, iãpridẽ diximus. Superfluũ etiam mihi videt̃, ſi cor mediã exquiſite thoracis regionẽ ſortiri nunc oſtendã: quandoquidẽ etiã oculis ipſis, a pectore, ab ſpinæ vertebris, a diaphragmate, deniq; a ceruice atque etiam clauiculis, tanquam fortiſſimis muris ad æquilibrium videtur circunuallari. Fruitur etiam admodum familiariter ipſis pulmonibus, quos tanquam ſtragulum ac puluinar longe molliſſimum habet vicinos. Maximo etiam tibi ſit argumento, cor mediam thoracis occupare regionem, membranula illa quæ mediaſtinum appellatur. Nam quum vniuerſum thoracem in duas parteis æquales diuidat (quod certum eſt) cor etiam in duo diſtinguit æqua-

lia. Quod quidem fieri non poſſet, niſi cor mediam exacte regionem teneret. Verum de his hactenus, quãdoquidẽ docillẽ te exiſtimamus futurũ, in his potiſſimũ quæ oculus & ratio ſuadẽt. Scis enim duo eſſe inſtrumẽta, quibus ſemper veritatẽ rimamur: alterũ quidẽ, rationẽ, alterũ vero, experientiã: quibus ſi aliquis reluctẽt dum præſertim in vnũ ſimul cõſpirant, dignus eſt mea quidem ſententia, qui tanquam acerrimus diſciplinarum hoſtis, ab omnibus exterminetur. At vero, circa ſtructuram pulmonum, nihil amplius impræſentiarum nobis eſt inculcandum, quandoquidem eorum vſus ſatis omnibus innoteſcit. Famulantur enim cordi, atque aera frigidum ſubminiſtrãt. Subſtantia eorum ſubtilis admodum eſt, atque ſpõgioſa, vt facilius in ſeſe vtrunque ſpiritum poſſit imbibere. Omnino enim deſiderabatur viſcus leue ad tã continuũ tamq; improbũ motũ ſubeũdũ. Ea potiſſimũ cauſa eſt, vt tenuiſſimus ſanguis, tenuiſſimuſq; etiam ſpiritus ad pulmones ſemper deſtillet: ad eorũ videlicet habitũ conſeruandũ. Porro pulmones ipſi ob multas cauſas in quinq; digerũtur lobos. Primo quidem ne vnius partis calamitas, alteri conſortii lege, ſubito communicetur. Secundo autem, vt agilius moueantur atque velocius, q̃ ſi nullã diuiſionẽ acciperent: ducta ad manum ſimilitudi-

ne,quæ in quinque diſſecta digitos, multo abſolutius agitur omni motu, quàm ſi veluti tabella quædã,integra fuiſſet conſtructa. Diuiſionem præterea pulmonum, aſperæ arteriæ diuiſio penitus ſequi videtur: adeo vt in ſingulos eorum lobos non exigua eius deriuetur portio. Trahũt ergo pulmones aera per aſperæ arteriæ bronchos,non facile concidentes, quem adamuſſim elaboratum, cordi beneficii gratia rependunt. Quæ autem conficere retrimenta non ſunt potentes, ſubito per larynga propellunt. Sed nec hæc fuliginoſa excrementa, natura paſſa eſt inutilia. Nam poſtquam ea cordi nullum vſum præſtare intellexit, eadem tanquam materiam ſatis idoneam, ad vocem ipſam formandam ſolertiſſime deſignauit. Pulmones rurſus ex ſe moueri minime poſſunt, adeo imbecilli, adeoque languidi conſtituti ſunt a natura. Mouentur tamen a muſculis intercoſtalibus, qui inſtrumenta ſunt inſpirationis ſimul & expirationis. Inde eſt, quod ſi tales muſculi phlegmone ſint obſeſſi,aut eos ſuccingens membranula (quod in pleuritide fieri contingit) protinus tales interrumpantur motus. Verumenimuero, ſæpenumero ſubiit mihi mirari, quum omnis animæ motus liber ſit ac voluntarius, inſpiratio autem & expiratio, ipſius animæ exiſtant motus (ſiunt

enim per ſpiritum animalem) quì fiat vt ab inſpirando vel expirando minime abſtinere poſſimus citra maximum vitæ diſcrimen? Facile tamen crediderim, ob aeris frigidi neceſſitatem, vberiori animalis ſpiritus copia, ad muſculos intercoſtales q̃ ad alias partes delato, motui etiam huic, qui frigidum aera nobis conciliat, neceſſitatem quandam adiunctam: non aliter quàm piſtoribus atq; laniis, quibus nuquam feriari permittitur, ꝙ vita nimirum hominum, ſemper eorum miniſteriũ deſideret. Motus itaq; reſpirationis propemodũ naturalis videtur, quòd ſine eo natura non facile poſſit ſubſiſtere. Nec eſt adeo naturalis, vt partim etiam voluntarius non ſit: quãdoquidem ſæpenumero muſculos ipſos aliquandiu reprimimus, eorumq; motũ cohibemus, tunc potiſſimum, dũ accuratiori ſenſu, nempe aut viſu aut auditu quippiã aſſequi deſideramus. Imo vero vſq; ad animi defectionem, ſeruum quendam anhelitum cohibuiſſe prodidit etiam Galenus: adeo vt reſpirationem motum appellauerit voluntariũ. Verum quoniam talem motum citra maximam (vt dixi) perniciem ſiſtere non valemus, iccirco partim naturalis, partim voluntarius venit medicis appellandus. Hinc manifeſte colligas licet, quantopere inter ſe diſſideant arteriarum motus ac muſculorum intercoſtaliũ. Ille ſiqui-

dem prorſus naturalis eſt,qui ne minimã quidam,etiam volentibus nobis,ſortitur intermiſſionem.hic vero,quodãmodo proæreſi ac volũtatis imperio obſecundare videtur. Ille præterea a ſolo corde perficitur,hic vero ſoli cerebro fatetur originem. Porro ſolus pulmo atq; etiã cor,totam thoracis regionẽ implent,circũuallãturq; duodecim vtrinq; coſtis:quarũ ſeptem quidem veræ fixæq; ſunt, reliquæ vero quinq;, mendoſæ,nothæ,atq; etiã ſpuriæ a medicis appellantur:a vulgari nominis appellatione, ipſa vtiq; analogia deſumpta. Vocant enim nothũ, ſpurium,ſiue illegitimũ,qui ex peregrina atq; externa muliere ſit natus.Idcirco,ꝙ ſeptẽ ſuperiores coſtæ non ſolũ ſpinæ dorſali, verũetiam oſſi pectoris tanq̃ vtriq; parenti ſint alligatæ, merito dicuntur legitimæ:quinq; vero inferiores ſpuriæ,ꝙ ex parentibus alterum,nempe os pectoris, non agnoſcant. Iam rurſus,quum omnium corporis partiũ,pulmo pars imbecillima ſit,plurimis iiſdẽq; grauiſſimis morbis tentari ſolet.Siquidẽ ob ſubſtantiam quam admodũ ſpongioſam ſortitur, queuis humorẽ etiam fæculentiſſimũ facile in ſuos excipit ſinus.Locũ habet præterea ad fluxiones & rheumata, ſi quæ pars,accommodatiſſimũ. Mitto ꝙ perpetuo ſit in continuo motu:quod non parũ adfert momenti ad turgentes humores ad ſe alliciẽ-

dos.deniq; pluribus q̃ alia pars morbis ſolet cõ
flictari pulmo. Qui quidem omnes cũ in alium
reſeruandi ſint locum, ad reliqua deinceps nos
conuertamus. Quẽadmodũ enim ventriculus
per ſtomachũ ſiue gulam potũ & cibum ad ſe
trahit, ita etiam pulmones per fiſtulam illam
quam Græci τραχεῖαν ἀρτηρίαν, Latini aſperam
arteriam appellant, animam frequenter inſpi-
rant, eandẽq; ordinata viciſſitudine rurſus cõ-
calefactam expirant. Dura quidẽ eſt ac aſpredi
ne denticulata talis arteria. idq; non fruſtra fuit
a natura perſpectũ. Si enim mollis læniſq; fuiſ-
ſet, vtputa ex ſola carne cõfecta, timendũ ſane
erat, ne in ſeſe tandem concidens, aeri quanuis
tenuiſſimo, foret maximo impedimento, vt
minus poſſet ad pulmones præcipitari, muſcu-
loſis fiſtulis conniuentibus. Ad hæc etiam, ne
inter deglutiendum, ex potulentis ſeu eſculen-
tis, per hanc viam aliqua portio ad pulmones
delaberetur, quorum actiones euerteret ac de-
turbaret, natura haudquaquam improuida,
huic non mediocri calamitati, artificioſiſſi-
me voluit eſſe prouiſum. Nam ad finem aſpe-
ræ arteriæ, regionem faucibus paulo inferiorẽ,
quãdã epiglottida ſiue lingulã coadaptauit, quę
ſoli animæ ſe facilem præbet, reſeratq;: reliqua
vero omnia, q̃ pulmonibus fore ingrata cogno
ſcit, tanq̃ operculũ non vulgare, cohercet atq;

retrudit. Nec tamen id ita accurate fieri poſſibi le eſt, vt nonnihil ex liquidioribus ſimul cũ ſpi ritibus non delabatur, id potiſſimum, quod ad madefaciendos aſperæ arteriæ bronchos maxime ſit ex vſu. Quod ſi forte quæ defluit humiditas, quãtitate vel qualitate modum excedat, ita vt potius aſpera arteria exaſperet quàm foueatur, raucedinem haud dubie gignit. Nam per inæqualem viam inæqualiter ſpiritus præcipitatur. Id autem raucedo eſt. Plerunq; etiam contingit, vt ſi aliquis per imprudẽtiam, inter deglutiendum rideat cachinneturve, repẽtina ſtrangulatione moriatur: delapſa videlicet aut mica panis, aut ſpina aliqua, aut deniq; quauis eſculentorum potulentorũve portione in magnam arteriam, quæ vitalis ſpiritus vias funditus intercipiat. Atq; is affectus, ſuffocatio ſiue ſtrangulatus dicitur. Nec eſt quod in epiglottidis compoſitione amplius ſimus ſuperſtitioſi, quũ præſertim Galenus libro ſeptimo de vſu partium, vt in plurimis aliis locis, fuſiſſime exaggerarit hæc omnia. Hac potiſſimum vna in re, abſolutiſſime ars æmulata eſt naturã. Nam quemadmodum ipſa natura, ſuperiori aſperæ arteriæ parti, nempe laryngi, lingulã illam appoſuit, vt aer nõ liber nec diſperſus, ſed coactus ac veluti per angiportus, ad vocẽ videlicet cõpingendam, elideretur, ita etiam tibiarum arti-

ficces, alteri fiſtulæ oræ ſiue extremitati ſurculũ quendam adſtringunt, vnico duntaxat relicto perexiguo foramine, per quod aer arctiſſime percoletur. Quod igitur ſurculus in fiſtulis præſtat muſicis, id epiglottis in aſpera arteria videtur præſtare. Et quemadmodũ tibiarum concẽtui, ſi eas humore aliquo liquido (vt fieri ſolet) illinas, nihil intuleris detrimenti, ita etiam mirandum tibi non eſt, ſi aſpera iam dicta arteria, ceu lenimentũ quoddam, aliquam deſideret irrorationem. Porro quemadmodũ ex ventriculo redundantia excrementa vt plurimum per ſtomachum excernuntur, ita etiam quæ thoracis regionem infeſtant, ſi ad maturationẽ perueniant, frequentiſſime per vnicam arteriam aſperam excreantur. Rarenter autem, licet interdum, detrudũtur etiam per aluum: ꝙ ea via admodum ſit prolixa, plurimiſq; tortuoſis flexibus atq; ambagibus intricata. ¶ Video igitũ iam ſecundam noſtræ commentationis particulam, quæ maximopere me torquebat, omnimodo eſſe abſolutam: eam videlicet quæ ad vitalem animæ vim ſpectabat conſiderandã. Reliquum autem nunc eſt, vt tertiam partem quæ circa principaliſſimam animæ facultatem verſatur, tertio aggrediamur enucleandã. Iam tanquam axiomate nobis præſcripto, naturalem animæ vim in hepate, in corde vero vitalem,

pro dignitate eſſe locatam. Poſtea quàm ex caua illa vena quantũ ſanguinis deſiderabat cor, quũ ad nutriendos pulmones, tum etiam ad cõficiẽdos vitales ſpiritus, per auriculã dextri vẽtriculi accepit, quã intellexit ſibi ſuperfluã reliquã portionẽ ſanguinis, habita partiũ ſuperiorum ratione, per magnã venam quæ in iugulũ ſeſe extendit, ad ipſum cerebrũ ſinit peruolitare, ita tamen, vt particulæ omnes quæ in huius venæ vicinio ſunt, obiter quaſi ꝑ riuulos quoſdam, ab hac latiſſima vena exortos, pabulũ & nutrimentum ſuſcipiant. Quum enim parteis vicinas cõmemoro, ſuperiorũ coſtarũ muſculos tibi intelligendos velim, præterea etiã quæ clauiculis adnaſcuntur parteis omnes: nempe axillas, humeros, homoplatas, deniq; brachia ipſa, in quæ omnia per eos venarum riuulos ſanguis ruberrimꝰ copioſiſſimuſq; riuatur. Cæterum quũ fere nunquam vena ſine arteria comite reperiatur, tum vel minime hac in parte eam ſine arteria eſt reperire. Siquidẽ a ſiniſtro cordis ſpecu, arteria magna, ferũetiſſimoq; ſpiritu plena, plane admodũ explãtatur, ſeſeq; itineris comitẽ exhibet ipſi venæ. Sed quũ primũ ad regionẽ cerebri tanquã ad emporiũ quoddam arteria ſimul & vena vnanimiter aduentauerint, tanquam mercatores diligẽtiſſimi, quorũ ſinguli ad ſua negotia diſcurrũt, quadante-

nus diſſociātur. Nam vena quidē ad omnes particulas cerebri reficiēdas protinus ſe cōuertit, arteria autē in modum reticuli ſiue plexus, ad baſim vētriculorū circa corpuſcula quædā adenoſa, variis circūuoluitur gyris. Qui quidē plexus, a Galeno rete mirabile, difficillimū tamen inuentu, appellitari ſolet. Etenim in hoc plexu ex vitalibus animales ſpiritus conficiuntur: nō ꝙ fiant calidiores q̃ antea (nihil enim vitali ſpiritu reperitur calidius) ſed ꝙ cerebri frigiditate adamuſſim contemperentur. Conſonū nanq; erat rationi, vt facultas a qua motus & ſenſus proficiſcūtur, minime excelleret caliditate, ſed q̃ maxime temperata foret: quandoquidē qualitates plus q̃ par ſit exuberantes, tantum abeſt vt ſenſum efficiāt aut iuuēt, vt etiā quāmaxime euertāt. Erant præterea nerui, animalis ſpiritus vaſa futuri: qui quum natura frigidiſſimi ſint, haudquaquā ſpiritum calidiſſimum, ſi talis animalis euaderet, poſſent perferre. Breuiter, fieri vllo modo non poteſt, vt a cerebro frigidiſſimo, quod ad cordis refrigerationem Ariſtoteles prodidit eſſe formatum (bona eius id venia dixerim) vitales ſpiritus calidiores reddantur. Alioqui plus caliditate valere quàm cor, ipſum eſſet dicendum, ſi ſpiritus excalefactos à corde, calidiores poſſet efficere. Non igitur ſpiritus in cerebro caleſiunt, ſed potius

retunduntur ac refrigerantur. Qui quidem talem temperaturam aſſecuti, ex plexu illo retiformi in cerebri benignam ſubſtantiam ventriculoſq; diſſeminantur, vt illinc tanquā per riuulos in ſingulas corporis parteis per nervuos diſſeminentur. Hinc igitur non eſt obſcurum colligere, animalem ſpiritum, principaliſſimum animæ eſſe inſtrumentum: verum animā quæ hoc vtitur inſtrumento, in cerebro reſidere iam diximus. Nam ſi quòd naturalis potentia eſſet omnium imperfectiſſima, ideo viliſſimam ſibi ſedem accepit, bene habet, mea quidem ſententia, ſi princeps animæ vis, ꝙ inter omnes ſit nobiliſſima, precioſiſſimam nobiliſſimamq; ſibi ſedem expoſcat. Caput autem inter omnia membra (authore Platone) citra cōtrouerſiam eſt diuiniſſimum, cui totū corpus ſubiectum, ſubeſſe parereq; dii immortales iuſſerunt. Taceo ꝙ a cerebro omnes nerui ducūt originem, qui quidem ſpiritus animalis vaſa quum ſint, ac ipſius motus & ſenſus veluti inſtrumenta quædam, ſatis ſplendide docent illic animam reſidere. Quid? an non ex cerebro Iouis, Pallada fuiſſe productam fingunt etiam poetæ? quid non ex iecore? quid non ex corde? Nam rationi conſentaneum erat, deam multo omnium prudētiſſimam, ex precioſiſſima prudentiæ ſede, ſuam ducere originem. Indigniſſi-

me igitur lapſus eſt Ariſtoteles,nutriendi,mouendi,ſentiendi atq; intelligendi,cor eſſe principiũ autumans,euertenſq; ſimul ac deturbans quæ experientia pariter & ratione fuerunt cõprobata.Experientia quidẽ, nam quis obſecro in anatomicis ſpeculationibus omnẽ neruorũ propaginẽ a cerebro deriuari inficias eat?ratione autẽ,nã ſi nerui omnes qui cerebro cordiq; ſunt cõmunes,vinculo quopiã excipiantur, cõfeſtim partes omnes quæ ad cor ſpectant,motu ſimul & ſenſu deſtituũtur,ſuperioribus omnino illæſis.quod ſane nõ fieret,ſi a corde & nõ a cerebro ſenſifica illa facultas prodiret atq; emanaret.Sed quid aliud deũ immortalẽ nobis oſtẽdũt apoplexiæ?quid morbi comitiales?quid ea mẽtis alienatio quã græci phrenitida vocãt?qđ inquã iſthæc omnia declarant,ꝗ principẽ animæ vim in cerebro reſidere? Id autem vel ex multitudine imperitorũ eſt ſatis perſpicuum.ſi quidem inſenſatos,vacuos cerebro vocãt,timidos autẽ animoq; perculſos,protinus excordes appellant:oſtendẽtes nimirũ in hoc animoſam animi vim,in illo autẽ principẽ & ratiocinatricem eſſe locatã.Qui igitur adeo petulãs fuerit,adeoq; ſua arrogantia cõfidẽs,vt perfectiſſimã animæ vim,in cerebro ſitã eſſe inficietur,legat cõmentarios Galeni, quos de placitis philoſophorũ conſcripſit,vbi ni ex induſtria deli-

ret,improbeq; ſit ꝑtinax,rationibꝰ & authorita
tibꝰ cõuincet̃. Porro cerebrũ in tres digerit̃ ſi-
nꝰ:quorũ duo qdẽ in anteriori collocãt̃ regiõe:
tertiꝰ autẽ qui memoratrici potẽtiæ inſeruit,in
cerebello qđ parẽcephalida græci vocant, ſedẽ
accepit. Etem̃ vniuerſa fere medicorũ corona,
in anterioribꝰ cerebri ſinibꝰ imaginationẽ ꝓdi
dit eſſe:in poſteriori autẽ,tãq̃ ipſiꝰ animi cõcla
ui lõge abditiſſimo,facultatẽ memoratricẽ. Si-
quidẽ facillimũ cognitu eſt,haſce animæ facul-
tates,nõ rõne ſolũ,verũetiã ſede diſtingui:quã-
doquidẽ ſtat aliqua earũ illæſa,reliquas oẽs cõ-
taminari. At vero ſenſus communis anteriores
verſus cerebri partes locatꝰ,illis omnibꝰ tãq̃ cẽ
trũ circũferẽtiæ reſpõdet. Cui qdẽ ſenſui cõmu
ni,ſenſus omnes exteriores gratiſſime famulãt̃.
Illi nãq; ſenſibilia ipſa apprehẽdũt:quorũ nullũ
ferẽtes iudiciũ,eadẽ ſẽſui cõmuni tradũt exami
nãda: ſatellitũ inſtar q̃ in carceres delinquẽtes
detrudũt. Ii ſiquidẽ ne minimum quidẽ de vita
aut moribꝰ delinquẽtiũ inquirũt,ſed eos violẽ-
ter arreptos,cõfeſtim trahũt ad prætorẽ inter-
rogãdos:ac demũ ad ~~inſidiãdos~~ alios ſeſe cõuer
tũt. Ita nimirũ ſenſum cõmunẽ analogia quadã
ad prætorẽ intelligas. Nã poſteaquã ſenſibiliũ
ſpecies a ſatellitibus,hoc eſt ſenſibꝰ exterioribꝰ
delatas acceperit(accipit em̃ varias rerũ imagi
nes)protinꝰ eas diſcernit,earũq; varias differẽ-
tias aſſignat,necnõ cõtraria ſeparat a ſuis cõtra

riis. Quod ſi q̄d obiter reperiat p̄clarū, animaduerſióeq; dignū, id ne cōtinuo labatur, illico in cerebelli vētriculū, q̄ illi vicinus ſit, tanq̄ in ærariū prōptuariūq; reponit. Quod vero friuolū eſt, ac nō magni momēti, ſed leue, id protin⁹ ſinit abire. Enimuero quibus hæc poſterior cerebri pars, humidiuſcula ſimul & molliuſcula fuerit (ii enī ſunt ingenioſi) vt facile inueniūt ac reminiſcūt, ita minime memoria valēt, q̄ ob improbā cerebri humiditatē atq; mollitiē, facile eis rerū elabāt imagines. At quib⁹ durior eſt q̄ rationi cōueniat (id potiſſimū accidit rudibus) vt ægri⁹ quippiā animo cōſequūt, ita lōge tenaci⁹ ſemel acqſitā eruditionē cōſeruāt. Ducta ad ſigillū nō vulgari ſimilitudine: cui⁹ figura, vt citi⁹ ceræ imprimit q̄ ferreæ moli, ita multo celeri⁹ exoleſcere ſolet. Atq; id potiſſimū eſt ī cauſa vtq parēcephalide molli ſunt, recētia facilè memoria retineāt, vetuſtorū maxime obliuiſcāt. qui rurſ⁹ dura, poti⁹ cōtra. Cæterū ōnibus his q̄ dixim⁹, vnica imperat ratio: cui tāq̄ clariſſimo toti⁹ corporis imperatori, ſummoq; monarchæ ōnia obſecūdare videt. Nullū tamē in cerebro pticularē ratio ſibi delegit locū: ſed p totū cerebrū meās, vagatur atq; diſcurrit. Diſpūgit præterea quæ vult, obliterat atq; cancellat: pro libituq; alia denuo cōſtituit. & vt paucis rē omnēabſoluam, hac vnica animi dote animalibus brutis, atq; etiam hominibus inſenſatis, homo

abſolutiſſimus pſtat, diiſq; ſupremis aſſimilatur. Quòd ſi interim turpiter ſeſe gerat ea pars animæ quã mollem atq; effœminatã diximus eſſe, præſto aderit ipſa ratio, q̃ tanq̃ ſeruo dominus, illi imperat ſeueriſſime. Verũ ne profundũ aliquod ſalebroſumq; pelagus, a quo poſtea extricari nõ ſimus potẽtes, ingredi videamur, eo vnde digreſſi ſumus, iã rurſus nos conuertamus. Viſus igitur primo (doctrinæ ſiquidẽ gratia ad particularia deſcendo) albedinẽ nigredinemq; apprehẽdit, nec vlterius quidẽ progreditur. Secundo autẽ ſenſus cõmunis, quatenus e directo viſui reſpõdet, rudiori quadã minerua iudicat albũ quod eſt, quiddã eſſe diuerſum a nigro, nec in vnum vnq̃ cõſpirare poſſe eos colores. Cæterũ intellectus, altiora, maioriq; contẽplatione digna diſquirẽs, ſingula ſua terminat finitione, illuſtrat, polit, ac abſolutiſſime limat, aſſignãs id albũ eſſe, quod ſui coloris ratione viſum diſſipat diſgregatq;: nigrũ vero, quod roborat ſiue cõciliat. His itaq; omnib⁹ facultatibus cerebrũ eſt origo: tametſi interdũ ſubeat admirari nonnullis, a mẽbro inſenſili (prorſus enim eſt ſenſ⁹ expers) ſenſum & ratiocinationẽ oriri. Verum quũ a cerebro hæc omnia oriri dicimus, ab ſpiritibus animalibus qui in cerebro elaborãtur, eſt intelligẽdum. dicimus etiã tametſi cerebrũ actu inſenſile ſit, potẽtia tamen nõ ſenſu carere Nã ſi ſubſtantia eius induruerit vt nerui, certe

exactiſſimum ſenſum poſſidebit. Prorſus enim eadẽ ſubſtantia eſt cerebri atq; neruorũ: hoc ſolũ interiecto diſcrimine, ꝙ illa mollis, hæc dura rigidáq; videat̃. Porro in hoc etiã viſcere, ſomnus ſoporoſiq; omnes generãtur affect⁹. Vnde ſi quã Plinii ſentẽtia faciat fidẽ, quæ cerebro carẽt, nullo modo percipiunt̃ dormire. At quo modo in cerebro ſomnus qui priuatio quædã vigiliarũ eſt, fiat, abſolute nobis pronunciandũ nó eſt eũ fieri repleto multis vaporib⁹ cerebro, perinde vt Ariſtoteles factitauit, ſed prius exigua diſtinctione præſcripta. Somnus nãq;, alius eſt naturalis, alius cõnaturalis, alius præter naturã. Præter naturã enim gignitur ſomnus, dũ frigidiſſimis craſſiſſimiſq; vaporib⁹ ſubſtãtia cerebri imbuta, anima videtur ſopiri, ac mirũ in modũ labefactari. Qui quidẽ morbus a græcis quidẽ λήθαργος, ꝙ eo morbo detẽti, q̃maxime obliuiſcãtur, a latinis autẽ inexpugnabilis dormiẽdi cupiditas appellat̃. Cónaturalis vero fit, eſculẽtorũ aut potulẽtorũ fumo frigido ſiue calido in ſubſtãtiã cerebri peruolitãte. & quoniã iſto ſoporis genere ſingulis dieb⁹ homines tẽtari ſolent, placuit eũ cõnaturalẽ appellitare, ꝙ naturalis homini abierit ex cóſuetudine. Tertia demũ differẽtia ſomni, q̃ vera eſt ac naturalis, fit nó repleto cerebro exhalationibus aut vaporib⁹, ſed exhalatis ſpiritib⁹ animalibus, q ſenſibus erãt præfecti: quib⁹ exhauſtis atq; cóſum-

ptis,inſtrumenta ſiue organa ipſa,per q̃ vtiq; fi-
unt ſenſationes,cócidãt atq; decũbãt eſt neceſ-
ſe,vt quæ ſine illis ſua munera exequi non ſint
potẽtia. Velim equidẽ tanquã exẽplũ tibi pro-
ponas,machinas quas ad farinã ex hordeo aut
tritico cóficiẽdã homines adinuenerũt.Quarũ
nónullæ quidẽ vt moueãtur, aquã exuberantẽ
deſiderant:nonnullæ autẽ aera impetu nó vul-
gari irruentẽ.Quòd ſi vno aut itẽ altero inſtru
mẽto fruſtrẽtur,ne minimũ quidẽ motũ recipi
unt.Sẽſoriis igitur organis nó defraudabimur,
quandiu ſpiritus animalis qui eos gubernat,diſ
ſipatꝰ nó fuerit.Verũ ſi diſſoluatur,quod in ve-
hemẽti exercitatione,in aſſiduis lucubrationi-
bus,ac deniq; in lóga vigilia fieri cõtingit,feria
bũtur ꝓculdubio ſenſoria,donec rurſus reſtau-
retur talis facultas.Idq; potiſſimum fit noctur-
no tẽpore. Tũc eñ quieſcit omnino animalis
illa facultas, naturalis vero pariter & vitalis,ſi
vnq̃,acerrime cooperãtur.Etenim ſpiritus ani-
males, tãetſi animæ inſtrumentũ exiſtãt,fiũt ta
mẽ nó ab anima,ſed a natura. A cerebro nerui
omnes mediate vel ſine medio(vt ónibus in có
feſſo eſt)ducũt originẽ. Cæterũ eorũ quidẽ qui
immediate exoriũtur,ſeptẽ ſunt inſtitutæ ſyzy
giæ,ſeu(vt vulgo dicũtur)cóiugationes.Eorum
autẽ qui mediate,nó cõſueuerũt medici diſtin-
ctionẽ aliquã vſurpare:vnica enim eos omneis
intelligũt. Atq; ii quidẽ oriũtur nó a cerebro,

ſed ab ipſa ſpinali medulla, quæ a parẽcephalide, hoc eſt cerebello ducit originẽ. ſpinalis eñ medulla, ſua natura mollis quũ ſit, ac nihilo fere a ſubſtãtia cerebri differat, nõ ſortit nerui nomẽclaturã. Verũenimuero quũ nerui ab ſpinali medulla orti innumeri ſint, ac ꝓpemodũ infiniti, operæpretiũ videor facturus, ſi eis ꝑteritis, ad eas ſeptẽ ſyzygias q̃ protinꝰ a cerebro deriuãtur, vniuerſum ſermonẽ cõtulero. Prius tamẽ a diuiſione auſpicabimur, hinc ſumpto nobis initio. Neruorũ alii q̃dẽ duri, alii vero molles. Duri enim aptiſſimi ſunt ad motũ, ineptiſſimi aũt ad ſenſum, licet quadãtenꝰ ſenſiles ſint, vt õnibus neruis eſt cõparatũ. Porro molles, ad motũ quidẽ lãguidi ſunt & impotẽtes, ad ſenſum vero accõmodatiſſimi. Præclare igitur prudẽtiſſima rerũ omnũ natura, neruis quidẽ mollibꝰ ad ſenſum, duris autẽ ad motum, vſa eſt in particulis cõpingẽdis, quẽadmodũ in lingua factũ eſſe iã diximus. Ideo enim frequẽtiſſime nobis cõtingit, ſenſum funditus interire, motu prorſus illæſo, ſicuti interdũ ecõtra, quũ videlicet ꝑ varios neruos, tales obeũtur functiones. nã ſi per eundẽ, neceſſarium eſt exoluto ſenſu, ſimiliter motũ exolui, quũ motꝰ q̃ ſenſus, maiorẽ ſpiritꝰ vim deſideret. Ad inſtitutũ igit nos cõuertamꝰ Prima neruorũ ſyzygia, eorũ eſt qui optici ad oculos q̃ molliſſimi demittũt. Producũt eñ ab anteriori cerebri parte, q̃ humidiſſima ſimul &

molliſſima eſt,ad quā quo nerui magis acceſſerint,eovidebūtur molliores: quovero ab ea magis abſceſſerint,eo duriores euadēt.Cæterū vocātur hi nerui optici, ꝙ ſpiritū illum viſificum ad humorem deferant cryſtallinum.ſed de his poſtea fuſius.Secunda neruorum coniugatio, neruorum eſt oculos ipſos mouentium,qui tāto duriores opticis ſunt,quanto a duriori loco exoriuntur. Porro tertia,eorum eſt qui in malas, tempora, atq; etiam in dētium radices diſſeminantur.crediderim tamen ab hac,in ipſius linguæ pelliculam,vt guſtum abſoluāt,nōnullos ſeſe inſinuare. Verum quartæ coniugationis nerui,in vniuerſum palatum penitus inſeruntur. At auditorii meatus,a quinta ſuos neruos ſortiūtur.Etenim ſexta,ea eſt quæ a poſtrema cerebri parte producta,in inteſtina,in meſſenteriū, in ventriculum,ac potiſſimū in oſculum eius ſupremum,deniq; in viſcera omnia,q̄ vberrime ſeſe expandit.Horum enim neruorū ratione,cerebrum cum aliis extis plane cōſentire videtur. quod videre eſt in euerſionibus ipſius ventriculi, cordis, atq; iocinoris. Viſcera enim omnia,quum libero motu qui neruis fit, nequaquam egerent,duros neruos minime deſiderarunt:ſed ſolis illis fuerunt contenta, qui dolorem ac voluptatem,pro variis vtiq; diſpoſitionibus poſſent ſentire. At vero ſeptima &

vltima coniugatio,neruorũ eſt qui ab ea parte
qua cerebro ſpina cõmittitur,explantati, in la-
rynga, fauces, atq; etiam linguæ radicem mu-
ſculoſq; diſſeminantur. Nunc vero ad primam
neruorum cõiugatiouẽ,quam diximus neruo-
rum eſſe opticorum, denuo nos conuertentes,
eorum naturam atq; etiam vſum protinus exe-
quamur. Explantantur itaq; huiuſcemodi opti
ci nerui,ab anterioribus(vt diximus) ventricu-
lis cerebri, protenduntur autẽ vſq; ad oculorũ
radices. Nec vllius alterius rei gratia ventricu-
li gemini fuerũt formati, q̃ horum neruorum
explantationis. Videntur enim tales ventricu-
li,fonticuli lympidiſſimæ aquæ:nerui vero opti
ci,riuuli ſiue canales, qui illinc aquam exhau-
riunt. Quo fit vt huiuſmodi nerui,non duri,nõ
ſolidi, non deniq; aſperi ſint, ſed concaui,ſiue
poroſi,atq; molliſſimi: vt ſpiritibus animalib⁹
non difficilis ſit permeatio. Verum quum à ce-
rebro in oculorum regionem via non eſſet ad-
modum tuta,ni,quemadmodũ in canalibus fie
ri ſolet,quib⁹ lateres vel aliquid id genus aliud
ad arcendos impetus exteriores apponimus,
etiã aliquod munimẽtum circumpoſuiſſet his
neruis natura:ne in hoc quidem voluit illis nõ
eſſe conſultum. Nam vbi primũ regionem ce-
rebri ſunt egreſſi, non parũ firma ſuperciliorũ
oſſa, tanq̃ vallũ illis vndiq; coadaptantur. Por-

ro quum ad oculorũ regionẽ peruentum eſt,in plurima ſimul & tenuiſſima filamenta , variis modis vterq; neruus diſſeminatur. Quæ quidẽ poſtea mutuo inter ſe coeuntia,tunicam quãdã internã(ſi tunica dicenda ſit) quæ à Galeno ἀμφιβληστροειδὴς,id eſt reti perſimilis appellatᷓ, conficiunt.Ambit enim huiuſcemodi tunica à tergo cryſtallinũ humorẽ ſimul & vitreũ: atq; hũc quidẽ quaſi in ergaſtulo quodã cohercet, vt minus in pupillã, hoc eſt in anteriorẽ cryſtallini humoris regionẽ proſiliat, atq; ita viſioni ſit maximo impedimẽto . Efficit enim in cryſtallino humore amphibleſtroides tunica veluti circulũ quendã ſiue orbem eximiũ, qui horizonti vel alicui circulo ſphærã per æqualia ſecanti,analogia quadã reſpondet.Difficillima eſt ſane omnium hæc de oculis anatomica ſpeculatio,quum ob varietatem tunicarum, tũ etiã ob humorũ multitudinẽ ac diuerſitatem, qui ab ipſis ambiũtur tunicis. Verum quã fieri poterit cãdidiſſime, verã oculorum cõpoſitionem,nitar impræſentiarũ depingere.In oculis enim(vt earũ numerũ vnico verbo expediam) ſeptẽ annumerantur tunicæ, quarũ tres quidẽ anteriorẽ regionẽ occupant,reliquæ vero quatuor,omnino poſticas partes abſoluũt. Cæterũ quum multis numeris politiores , anteriores tunicæ ſint,euidentiuſq; artificiũ naturæ redo-

leāt, de illis potiſſima habet̃ apud medicos ratio, illiſq; ſolū, nomina peculiaria indiderunt: leui admodū, ac veluti per tranſennā facta mētione, earū quæ a tergo cryſtallino humori atq; etiā vitreo adhæreſcūt. Nunc vero ad ipſum rurſus accingamur negotiū: & quod Galenus libro x. de vſu partium ſuperſtitioſa ſimul & diſperſa oratione complexus eſt, id in iuuentutis docēdæ gratiā, paucis admodū cōpilemus. Duplici tunica cerebrū ipſum contegit, altera quidem craſſiſſima, quæ dura mater a medicis dici ſolet: altera vero molliſſima ſubtiliſſimaq;, quæ ideo piæ matris nomē accepit. Hæc enim, choroides etiā a Galeno vocat̃. Sed quorſum hæc? iam nunc dicam. Etenim a dura matre, quæ cerebri veluti propugnaculum eſt, tunica quæ in oculis primo nobis occurrit, humori cryſtallino veluti murus appoſita, ducit originem. Quā quidem a cornu ſimilitudine in ſubtiles laminas compti, merito κερατοειδὴ, hoc eſt tunicam corneam appellāt. Nec exiſtimes vnicam atq; ſimplicem hāc tunicam fuiſſe formatam: nam ſi aliquo ſubtili ſcalpello, vel qua venæ aperiuntur lanceola, eam velis paululum vellicare, diſiungereq;, ſex aut ſeptem tunicæ tibi aparebunt. Verum quum nec colore, nec ſubſtantia, nec denique conſiſtentia iſtæ tunicæ inter ſe diſſideant, ſub vnius κερατοειδοῦς, id eſt

corneæ vocabulo cõprehenduntur. Huic tunicæ proxime adhæret alia, quæ a ſubtili explantatur meminge. dicitur enim χωροειδὴς, quòd benignum illud cerebri inuolucrũ, à quo ipſa ducit originem, chorion appellitetur. Vocatur præterea ῥαγοειδὴς, id eſt acino vuæ perſimilis, quòd inſtar vuæ ſit orbiculata. Poſt ipſam autẽ ragoidem, ſubtiliſſima quidẽ ac propemodum ſenſum effugiẽs arachnoides, anteriorem verſus pupillam cryſtallini humoris regionem, veluti amiculum quoddã longe leuiſſimum, ambit, protegit, atq; amplexatur. Verum ne molliſſimus cryſtallinus humor, à cornea tunica longe duriſſima, aliquo modo collideretur (nihil enim tunicarum inter hanc & illũ, dempta arachonide, quæ nullius eſt reſiſtẽtiæ, atq; perforata ragoide, mediabat) mediã illam regionem aquoſa quadam humiditate atq; etiã ſplẽdidiſſimo ſpiritu, ſolertiſſime repleuit natura. Quæ nimirum humiditas, ceratoidem tunicã prorſus habet diſtentam, vt minus in ſeſe cõcidẽs, viſificum inſtrumentũ opprimat atq; perfundet. Porro iſtæ tres tunicæ quas diximus anteriores, circa circulum quendam eximiũ, quẽ ad ſimilitudinẽ arcus cæleſtis, doctiſſimi quiq; græcorum irim appellauere, cũ poſterioribus quatuor iunguntur. Cæterum albicãs illa tunica, quæ plurimis venulis videtur inſperſa, non

dum ſibi peculiare nomen accepit, videtur tamen apophyſeos officium ac miniſterium ſortiri. Siquidem præter hoc quod ſanguine partes ſubditas madefacit, eaſdem tegit, atq; etiam oſſibus ſuperioribus tanquã valentiſſimum ligamẽtum annectit. Eſt præterea quædã alia tunica huic coniuncta, quæ (authore Galeno) in ἀπονεύρωσιν quãdam, id eſt neruoſa filamenta, muſculis mouentibus oculũ colligata, degenerat. Diximus igitur iam de ſex oculorum tunicis: verum quoniã quænam ſeptima tunica ſit, non facile cuiuis conſtat, (reliquæ enim ab his, maiorem carnis quã tunicæ referunt ſimilitudinem) multo ſatius & quidem honeſtius videtur, eam impræſentiarũ præterire ſilentio, q̃ friuola quadam fictione, teneræ imponere iuuentuti. Septem itaq; oculorum tunicæ tres humores non paruo diſcrimine differentes, ſub ſe cõtinẽt atq; ambiunt: vitreũ ſcilicet, quẽ ὑελοειδῆ vocãt: aqueum, oui aquato haud abſimilem: ac deniq; κρυσαλλοειδῆ hoc eſt cryſtallinum. Quorum quidẽ trium humorũ vltimus, nempe cryſtallinus, longe precioſiſſimus eſt: ideoq; mediã inter alios duos occupat ſedem. A poſteriori enim parte, vitreo tãquam ſubſterniculo ac puluinari inſidet: ab anteriori vero, alterũ quẽ albumen oui referre diximus, habet tanq̃ lenimen ac refrigeriũ. Nutritur quidem humore

vitreo & ipſe cryſtallinus humor,fouetur autē atq; humectatur altero quem aquoſum appellant: licet hic,alterum etiam præſtet vſum, diſtendendæ videlicet ceratoidis, vt minus per pupillam, humorem opprimat cryſtallinum. Quod ſanè mirandam illam circa noſtri corporis harmoniā, Promethei prouidētiam nobis exaggerat. Miraberis etiam,ſat ſcio, ſi ragoidus tunicæ internam circumferentiam, quàm diuerſicolor ſit,animaduerteris. Etenim ratus ille ſummus totius mundi monarcha, ab intrinſeca albedine lumina noſtra vel quam maxime læſum iri, quum ab extrinſeca quæ remotior eſt, acerrime etiam lædantur (albedo enim manifeſte diſgregat viſum)ad aciem oculorum corroborādam, viridem,cæruleum, denique nigrum colorem, concauæ ragoidis parti, non parum artificioſe eſt molitus. Iſti nanque colores, quo longius albedinem fugiunt,eo cumulatius viſum conciliant, colligūtque.Porro viſio ipſa, veluti paſſio quædam eſt. Paſſio autem omnis per contactum fiat eſt neceſſarium: quamobrem liquido conſtat, ad viſionem neceſſario contactum accedere. Viſio tamen non ſolum fit recipiendo, quemadmodum prodidit Ariſtoteles, ſed etiam extramittendo, vt Galeno atque etiam rationi eſt vel maxime conſentaneum.Defluit ſiquidem a ce-

rebro ipſo,per neruos quos opticos appellauimus, ſpiritus quidam ſplendidus, qui poſtea ab humore cryſtallino elaborationem quandam indeptus,elabitur per pupillam, atque externo lumini commiſcetur, tanquam nuncius ſiue apparitor cerebri diligentiſſimus. Tria itaque ad viſionem neceſſario deſiderantur, ſplendidus ille ſpiritus, qui defluit a cerebro per neruos opticos: quare ſi nerui illi aliquo modo obturentur,obſtruanturque,ſubito quidem orbamur viſu. Deſideratur præterea & lumen ipſum externum, a quo noſter animalis ſpiritus ducitur atque iuuatur. Inde eſt quòd in tenebris inſpicere non valeamus, deſtituti nimirum aeris ſplẽdore, animalium ſpirituum duce familiariſſimo.nã cũ animalis ſpiritus natura ſplẽdidiſſim⁹ ſit,in aerẽ ſibi diſſimilẽ volitans, ſubito quidẽ marceſcit ac diſſipat̃. Tertiũ demũ quod deſideratur,ſpecies rerũ videndarũ ſunt: quæ ad cerebrum ne,an ad humorem cryſtallinum ſolum perueniant, certe non auſim aſſerere. Eas tamen ad viſionem neceſſario confluere, inficiari fuerit abſurdum. Quæ quidem quo plures fuerint, & exuberantiores, certum eſt eo viſum fore firmiorem, abſolutioremque. Huius rei non exiguam omnibus faciet fidem, excelſum montem vel alia id genus multa, a quibus plurimæ diffluũt

ſpecies, multo facilius conſummatiuſq; perci-
pi à nobis, quã aliquod corpus exiguum, à quo
prorſus nullæ aut quidem raræ elabãtur. Por-
ro quum ſpecies nomino, qualitates viſibiles à
quibus alteramur, intelligas. Alteramur autem
ab eis, non ſecundũ vniuerſum corpus, ſed ſe-
cundũ vnicum organum ſiue ſenſoriũ, nempe
oculũ ipſum, qui ipſius animæ organũ eſt. Nec
exiſtimes oculũ ipſum videre. ſola nanq; ani-
ma eſt, quæ per oculũ tanquam per feneſtrã ali
quam intuetur. Atq; id ſane in cauſa eſt, vt in
acerrimis animæ cõtẽplationibus, oculis quaſi
orbari videamur, anima altioribus meditatio-
nibus implicata. Plurimis autem de cauſis, lu-
minibus orbantur homines. Interdũ enim ob
aliquã ſuffuſionẽ, quam græci ὑποχῦμα cogno
minant: dum inter arachnoidem tunicam, quæ
cryſtallinum ambit humorem, & ceratoidem,
fuliginoſus aliquis vapor eſt interceptus. Verũ
de ſuffuſionibus alias fuſius. Aliquando etiam
ob cerebri maximam imbecillitatem, vel ner-
uis opticis circa tempora ipſa aliquo telo traie
ctis. Fit etiam non raro, vt oculorum acies, in-
tuendiq; vis, ob repentinam aliquã tranſmuta-
tionem funditus deperdatur: vt ſi ex loco tene-
bricoſo, in ſplendidum luciduḿq; nos cõfera-
mus. Quod contigiſſe ſcribit Galenus, illis qui
à Dionyſio Siciliæ tyranno in carceribus deti-

nebantur. Refert enim Dionyſiũ ſupra carceres ſplẽdidiſſimã domũ cõſtruxiſſe:ad hæc etiã, candidiſſima calce illitã atq; incruſtatã: in quã videlicet miſeros calamitoſos,poſt longam in vinculis habitationẽ, miſere excæcandos duce bat. Qui quidẽ quũ ſplendorẽ iam diu deſidera tũ magna cũ voluptate intuerentur, imprudẽter occæcabãtur. Equidem quid mihi contigerit tenerã ac puerilẽ agẽti ætatẽ,non præteribo ſilentio. Quũ enim ad pueriles ludos non ſuppeteret mihi pecunia,nec eſſet vnde eã poſſem cõflare, patrẽ a tergo ſecutus,qui febricitãtem quendã nobilẽ inuiſebat, ſimul ego cũ eo aſcẽdi ad ſuccũbentis cubiculũ. Erat enim pellucidũ ſatis,cæterũ mihi tenebricoſum admodũ videbatur,quòd ex ſplẽdidiori venirẽ loco. Quũ itaq; paululum conquieuiſſem,vidi forte fortuna crumenam quãdã circa ægrotantis lectică ſemiproiectam : & quia pari iudicio putabã & ægro & cæteris circunſtantibus oculos caligare perinde vt mihi(falſo tamen,nã illi iã longa mora tenebras ipſas perdomuerãt)propius accedens , cœpi eam manibus contrectare. Verum ille cuius res agebatur (non enim morbus abſtulerat illi loquelam) quid tibi(inquit)cum mea crumena? An non ſat eſt me pharmacis inaniri , niſi etiam ea tuis manibus exoluatur? Ego vero erubeſcens obſtupui:ac acerrime

de luce & tenebris cœpi philoſophari. Hæc reuera mihi euenerunt, duodecimum ætatis annum agenti. Diſcas igitur ex hoc exemplo, quã vtilis quamq; neceſſaria, nõ medicis ſolum, verum graſſatoribus atq; ſicariis, omnium rerum parens ſit philoſophia. Nec enim tam turpiter in crimine deprehenſus fuiſſem, ſi æque ac nũc cognoſco, rerũ omniũ cauſas tum temporis cognouiſſem. Oculi itaq; (vt paulo altius ſermonẽ repetã) tanq̃ acerrimi animæ ſpeculatores, altiſſimum locum ſunt ſortiti. Nec vident ipſi, tametſi pellucidi admodum atq; ſplendidi coruſcare videantur, verum anima per ipſos tanquã per feneſtrellas quaſdã (vt diximus) intuetur: tribus ad viſum vnanimiter cõſpirantibus, nempe ſimulacris videndarum rerum, igne interno, ac præterea externo lumine ſiue ſplẽdore: quẽadmodũ rara quadã fœlicitate Plato citra cõtrouerſiã digniſſimus, in Timæo ſignificaſſe videtur. Cuius nimirum verba hæc ſunt ἀπελθόντος δὲ ἐις νύκτα τοῦ συγγενοῦς πυρὸς, ἀποτέτμηται. πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν, ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται. συμφυὲς οὐκ ἔστι τῶ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ ὀυκ ἔχουσι. παύεται ὀῦν ὁρῶν, ἔτι τε ἐπαγωγὸν γίγνεται ὕπνου. latine autem ita ſonant, Verum poſtquam in caliginem volitarit cognatus ignis, viſificus radius euaneſcit, nam in aerem diſſimilem ſibi

erumpens,extinguitur ac permutatur: nullam videlicet cum eo vtpote aeris ſplendore orbato,naturæ habens cōmunionem. Iccirco videre deſinit,ſomnumque conciliat. Porro quibus vna cōmiſſis & cōniuentibus oculi ipſi claudūtur,palpebræ nominantur. Quæ quidem vallo quodā pilorum ad muſcas aliaſq; id genus beſtiolas cohercendas,nō citra maximā artē muniunt. His itaq; palpebris oculi vndiq; circūueſtiuntur:quæ tū demū in ſeſe concidunt,quū oculorū facultas,qui ſpiritus viſificus eſt,omnino fuerit difflata. Atq; id facile docet palpebrarū motū atq; etiā viſionē ipſam ab vno codēq; ſpiritu gubernari. Siquidē quandiu viſio fit, tādiu agitantur palpebræ: cæterū dum viſio ceſſat,nempe per ſomnū,palpebræ etiā feriantur, ad vtranq; nimirū actionē, animali ſpiritu cōfluente,vel ab vtraq; pariter relegato. Vtrique vero oculorū,ſupra palpebrarum regionē,vnicū ſuperciliū prominulū adhæreſcit: ad furfures,atq; etiā ſudores ex capite defluētes, vt minus ad oculos ꝑfluāt,detinēdos. Genæ prætere ab inferiori parte leuiter eminentes, oculos ipſos ꝓtegūt. Deniq; abſolutius oculi locari nō poterāt, q̄ quo ordine eos ſagaciſſima collocauit natura: plurimis iiſdēq; ſplēdidiſſimis mēbranis amictos: citra aliqđ occurrētiū ꝑiculū atq; diſcrimen. Verūenimuero ſi alter oculorū,ſiue

ſiniſter ſiue dexter is ſit, diſrumpatur eruatur-ve, multo fælicius quàm antea, alter qui relictus eſt, ſibi viſum conciliat: ſpiritu videlicet animali antea in duos oculos diſtributo, tum temporis in alterum confluente duntaxat. Igitur abũde de oculis iam dictum nobis cum ſit, rationi conſentaneum fuerit, deinceps ad ſermonem narium tranſire. Præter hoc quod pulchritudinẽ atq; decorẽ corpori humano præſtãt nares, ad reſpirationẽ etiã, qua ſpiritus animales alũtur reficiũturq;, atq; inſup ad odorabiliũ paſſiones percipiendas, videntur eſſe compactæ. Siquidem quemadmodũ ex viſibilibus ad oculum ipſum volitant quædam ſpecies, ita etiam ex eis quæ percipiuntur olfactu, diffluũt quædã exhalationes, atq; ad oras vſq; anteriorũ cerebri ventriculorũ aſcendunt, vbi odoratus ſenſum efficiũt. Eleuantur quidem virtute caliditatis, qua odorata omnia (authore Galeno, atq; etiã Ariſtotele ſectione duodecima, quæſtione quarta) quadantenus videntur prædita. Poſtea vero imprimuntur cerebri anterioribus partibus: nam & ipſæ, odorandi obtinent facultatẽ. Per nares etiam cor ſibi trahit ſpiritum familiarẽ, nec minus fœliciter quã per os ipſum: quod dormientibus nobis licet videre. Aures (vt dicit Plinius) ſoli homini immobiles ſunt, vt aeris impulſui patẽtius cedãt. Vtra-

q; auris ſinum quendã habet inſtar labyrinthi admodum tortuoſum, plurimiſq; flexibus atq; ambagibus intricatum, quem quidem ita mo- lita eſt admodũ induſtria natura, ne aer frigi- dus atq; indomitus, aduerſus cerebri benignã ſubſtantiã repente impetum faceret, ſed prius in longo itinere elaboraretur. Explantãtur au- tem, quemadmodum iam à nobis eſt dictũ, te- neri quidam nerui in aurium meatus, vt aeris repercuſſionem ſentiſcant. Auditus ſiquidem aliud eſt nihil, quàm ex ſolidorum corporum colliſione, quidam impulſus factus, ac audito- rios neruos quamacerrime feriens: vel illa ea- dem ipſius impulſus, cum dictis neruis acerri- ma conflictatio: cuius ratione cerebrum ſimul afficitur. Afficiuntur præterea homines, hu- ius ſenſus ratione, maxima voluptate & dolo- re. Voluptate quidem, dum harmoniam aliquã dulcem, ſonoramque modulationem percepe- rint. Animus nanq; ipſe, quum in harmonia & conſonantia quadam conſiſtat, ſuis ſimilibus exhilaratur. At ſi quis citra methodum atque artificium aures nobis obtundat, indigne ad- modum ferimus. Porro quum cerebrum fri- gido ſit temperamento, plurima in ſe conge- rit excrementa: adeo vt ex puriſſimo ac beni- gniſſimo ſanguine, craſſam, ſalſam, denique vi- ſcoſam reddat pituitã. Merito igitur plurimos

ampliſſimoſq; meatus illi circumpoſuit natura,vt per eos tanquam canales,quæ naturæ inclementia fuerint,protinus exterminentur.Etenim præter aures ac nares, quæ interdum (tãetſi ſui muneris proprium non ſit)cerebri ſuperfluitates eructant,etiam duo foramina non exigua,poſtea in vnicum degenerantia , ex alto cerebro per palatum in oris aperiuntur capacitatem . Subſtantia cerebri prætenui quadam membranula,quæ à Galeno χωρίον interdum appellitari ſolet , tegitur immediate . Eſt enim perquam mollis atque benigna , vtputa ſubtiliſſimis arteriis & venis prætexta talis mẽbrana , atque ideo a vulgari multitudine , piæ matris, nomen accepit . Hanc vero alia excipit longe durior longeq; firmior membrana: adeo vt quæ reperiebatur inter illam & cerebrum differentia , eandem inter eas duas liceat adinuenire. Talem autem hanc tunicam præſtitit fieri , quippe quæ neceſſario contigua ſit cranio oſſi duriſſimo.Quod quidem os,vniuerſo cerebro veluti murus quidam firmiſſimus, vndique fuit deputatum.Eſt quidem & ipſum os plurimis ſuturis cõmiſſuriſque diſtinctum, ad excrementitiam fuliginem , per inſenſilem tranſpirationem explodendam.Quod ſi in cranio reperiuntur ſuturæ , plura certe oſſa quàm vnum , neceſſario ſunt reperienda : atque ideo

minus vniuerſum caput periclitabitur: quum aliqua particula affecta, non facile poſſit vicinæ parti affectionem cõmunicare. At ipſius cranii ſuturæ vt plurimum cõſpiciuntur quinque, quarum tres quidem merito dicuntur ſuturæ, quòd inuicem oſſa committant, ſuis denticulis complicata. Reliquæ vero duæ que circa tempora ſunt, falſò ſuturæ vocantur, ſed oſſium quæ petroſa dicuntur, cum cranio appoſitiones. In hunc igitur modum, ſuturæ habere videntur. A ſyncipite enim ad occiput, recta quædam ſutura protenditur: ſuper cuius extremitates, aliæ duæ lineæ propemodum parallelæ deſcẽdũt, quarũ altera quidẽ quæ ad anteriorem regionẽ vergit, a parte interna, duos efficit angulos rectos. altera vero quæ a vertice occiput dirimit, ab interna quidẽ duos obtuſos angulos, ab externa vero vnicum acutũ cõgenerat. Tres autẽ dictas ſuturas, in cuiuſuis cadaueris cranio facile ipſe cognoſcas. Hæ itaq; ſunt, quæ communiter reperiũtur ſuturæ, tãetſi in nonnullis quidẽ plures, in nonnullis vero pauciores, ſæpiſſime reperiantur. In ſumma, ipſius cranii ſuturarum, certus numerus non habetur. Cæterum dum hæc dextera manu conſcribo, proceroſiſſimum cadaueris caput ſiniſtra habeo apprehẽſum, quinq; nec pluribus circa cranium lineis cõfiguratũ; quarum

tres quidẽ veræ ſuturæ ſunt, reliquæ vero duæ (vt diximus) a ppoſitiones. Cognito iam ſuturarum numero atq; deſcripto, non admodum arduum fuerit, oſſium ipſius capitis quot etiam numero ſint, cognitionem habere. In vniuerſum enim ſunt ſeptem, notatu quidem digniora, idq; relicta inferiori mandibula. Quoddam enim eſt os ſyncipitis, quoddam vero ex aduerſo cerebellum terminans. Sunt præterea duo temporum oſſa, quæ ſutura quam diximus in longitudinem exporrecta diſtinguũtur. Vnà autem cum his verſus inferiores oras, alia duo oſſa quæ petroſa vocãtur, quòd aſperrima ſint, committũtur. Porro ſeptimum quod ſupereſt os, plurima in ſe ambit oſſa, firmiſſimis ligamentis ligata: qualia nimirum ſunt, oculorum, narium, ac denique ipſius palati oſſa. nihilo minus omnia hæc, quòd cranio ſubiecta ſint, communi quodam vocabulo os baſilare appellantur. At vero cranium ipſum duplici tegitur tunica, altera quidem quæ proxima eſt, neruoſa, atque admodum dura, à craſſa nimirũ cerebri orta meninge, quæ per ſuturas fuit veluti in filamenta quædam prolapſa: altera vero carnoſa, vt ſuo ſanguine atque benigna caliditate, cranii duritiem ſiccitatemque madefaciendo compeſcat. Verum vſque adeo ſunt complicatæ huiuſcemodi duæ tu-

nicæ inter ſe mutuo, vt vix vnquam eas queas ſecernere. ideo vnius tunicæ nomine περικρά-νιον & περιόστιον a Galeno nominantur vbique: nempe tunica cranium ſuccingens. Quæ quidem ne ſi nuda omnino maneret, ob aeris inclementiam iniuria aliqua afficeretur, vberrima capillorum cæſarie vndique fuit munita. Cæterum horum generationem, recrementis quibuſdam fuliginoſis, quæ indies per ſuturas atq; etiam poros expirant, medici omnes tulerunt acceptam. Quòd autem pro varietate materiæ, quæ pilis eſt generandis, eorum maxima ſit differentia, vel hinc maximè diſcas oportet, quòd Flandri propemodum vniuerſi albis præpolleant capillis, quippe qui frigidioribus ſcateant humoribus: Aethiopes verò, atque etiam Hiſpani, longe nigrioribus & aſperioribus: quòd aſſiduo ſolis ardore, fuliginem maximam procrearint. At Galli, vt qui mediam inter hos teneant regionem, flauo vel fuluo, qui medii colores ſunt, capillitio fruuntur. Quam ob rem non parum momenti capilli videntur adferre ad ſingula temperamenta dignoſcenda. Nunc verò, quando per magnitudinem huius libelli, fuſius diuagari non licet, (prolixior enim euaſit quàm ſit è ratione compendii) certe conſilium eſt crurum & lacertorum compoſitionem, ad

hæc neruorum & oſſium compagines, denique omnia quæ ad humani corporis abſolutionem deſiderantur, in aliam commentationem differentes, huic quæ prolixior eſt q̄ rationi cõueniat, fœliciſſimum finem imponere.

τέλος.

Errata ſic corrigito.

Fol.xxxix.pa.j.lin.viij.pellente. & lin.xiiii. nequeant.Fol.xliiii.pag.j.lin.iiij.docilem.

DISERTISSIMO AC MVLTI-iuga eruditione cumulatiſſimo, D. Roderico Rhenoſio, artis Pæoniæ doctori vigilãtiſſimo, Andreas a Lacuna Secobienſis. S.

QVum nudiuſtertius poſt multas ac varias lucubrationes, vt humanæ imbecillitati eſt comparatũ, nocte plurimũ ingraueſcente, ad cõciliãdã fracti animi ſimul & luxati corporis trãquillitatem, lectũ concederẽ, Rhenoſi citra controuerſiã digniſſime, haud ſcio quis bonus Genius, ad me profunde quidẽ, & (quod dicitur) in vtranq; aurem dormientẽ, libellum noſtrum lachrymabundũ, ita exclamãtem induxerit. Quid? Itáne mihi prodeundũ eſt? Siccine per tot manus, per tot ora, per tot deniq; iudicia hominum volitandum? Sed quando ita animus eſt (erit enim quãdo pœniteat) quò me tandem recipiã, implumis, nudus, inermis, tot naſis, tot calamis, tot deniq; iaculis dilacerandus? An apud Pariſiẽſes Apollines licebit mihi vel horulã deliteſcere? Minime gẽtiũ. Nã q̃ ſalutis ſpes mihi ſupereſſe videbit̃, ſi ad eruditiſſimi Ioã. Tagautii, ob ſuã admirãdam prudẽtiã atq; doctrinã medicæ facultatis Decani, aut vigilãtiſſimi ſimul & fideliſſimi Græcorũ interpretis

Ioannis Guinterii manus peruenerim. Certe nulla. Lutecia igitur ſoluendum eſt. Quid ſi in Flandriam ſit exulandum? At ne illic quidem degere fuerit admodum tutum: quandoquidem quem & tu optime noſti, præclariſſimus Ludouicus Viues, bonarum literarum vindex acerrimus, Hiſpanorum omnium decus & numen ſplendidiſſimū, eas oras ſuo ſplendore gubernat. Qui quidem quum exterminandi adulterinos authores, nullum nec modum nec finē faciat, doctiſſimoſq; philoſophorū pro ſui ingenii dexteritate longe emunctiſſimos reddat (tanta hominis eſt facultas) diſpungatque ſi in eis aliqua reperiantur ſpuria, friuola, atq; fucata (faceſſat hinc calumniatorum libido) ſi forte ad eius aureis peruenero, tanquam ſpurium, nothum, ad hæc etiam adulterinum, vt quammaxime dignus ſum, totum me committet Vulcano. Illic igitur nullum video nobis adeſſe præſidium: ac proinde alio nobis eſt nauigandum. An ad florentiſſimum illud Hiſpanorū Salamantinum emporium? At ſi illinc perpaucos quoſdam excipias, qui in politioribus atq; etiam medicis muſis ſunt percelebres, reliqui omnes ſunt φιλολοίδοροι, blattarii, atq; ſophiſtæ. Quorum cauillos & impoſturas qui poſſem ipſe diſſoluere, in elēchis redargutoriis parum exercitatus? Ex omnibus ſane ſolum id

mihi ſupereſſe videtur refugium, vt abortiuus ego, mutilus, maleq; compactus, protinus flam mis exurar: quãdoquidem præſtat ſemel igne periiſſe, quàm tot calculis atq; cenſuris toties exulcerarier. Alioqui futurum eſt, vt poſt tot naufragia, poſt tot proceelloſa diſcrimina, poſt tot turbulentas peragrationes, tanquã ad mearum calamitatum authorem, veluti Horatiana illa cornicula, implumis ad te reuertar: aut ſi redire nobis non liceat, hoc tamen certe licebit, vt tanquam pulli qui magna volandi libidine accenſi, prius quàm robur aut induſtriã aliquam compararint, ad barathra præcipitantur atque prærupta, ita ego immaturus, quo nihil rudius, nihil abiectius, vſqueadeo ſublimia petam, vt diuino aliquo fulmine, perinde vt alter filius Apollinis, ad infima vſque detrudar. Quum itaq; huiuſcemodi multa occlamaret, quæ vel maxime exercitatis non vulgarem incuſſiſſent timorem, tremiſcebam hæſitabũdus, & (quod dicitur) ex auribus lupum tenens, in maximo angore verſabar, acquieſcerẽne eius ſentẽtiæ, an potius, vt ſtatueram, eum in lucem emitterem. Videbatur iuſta petiiſſe, verũ tantã me in caſſum feciſſe dierum iacturã, ægerrime rurſus dolebã. Diu igitur hac ex cruce ſuſpẽſo, iam iam quaſi deſperabundo, occurriſti mihi Rhenoſi multo omnium doctiſſime. Qui

ſola nominis tui haud vnquam peritura me-
moria, meum animum incredibili curarum
æſtu propemodum contabeſcentem, proti-
nus exhilaraſti. Tu inquam mihi ſubito in
mentem veniſti, qui (vt cætera de te taceam)
venuſtate ſermonis, Græcarum literarum pe-
ritia, maximo rerum vſu, & (quod in viris do-
ctis præclariſſimum eſſe ſolet) humanitate ſum
ma atque beneuolentia, noſtri ſæculi medicis
multis numeris antecellis. Nam quod ad me-
dicam quidem πρᾶξιν ſpectat, adeo habes artē
exercitatam, vt quod vulgo in prudentiſſimū
ſenem illum Hippocratem dici ſolet,

πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις ὑγιείης,

δόξαν ἑλὼν πολλήν, οὐ τύχῃ ἀλλὰ τέχνῃ

quando ab Hippocrate non degneras, in te lu-
dere non erubeſcam. Nec interim excidebat
memoria, quanta animi propenſione, quan-
ta pectoris ſynceritate, quanta rerum omnium
induſtria, ad bonas literas mihi extiteris exhor
tator., tunc potiſſimum, dum ex Italia profe-
ctus, in Lutetiam ſuperioribus annis aduo-
laſti. Quibus nimirum omnibus fretus & cir-
cūfuſus, tametſi prorſus animo cōſternatus, re-
ſumpſi ſpiritus atq; vireis, & libellum ceu iam
è flammis ereptum, licet inuitum, protinus ex-
cudendum curaui. Tuum igitur eſt doctor cla-
riſſime, ſi forte ad te noſter partus & quidem

male nutritus peruenerit, vt tanquam prolem tibi genuinã, eũ foueas atq; corrobores. Nam ſi te vnico inter medicos ſplendidiſſimo, ad quem tanquam ad patrem confugit, deſtituatur, nó eſt amplíus vnde ſibi proſpiciat. Quòd ſi ad animum relaxandum, noſtras haſce nugas perlegere tibi fuerit conſilium, ita eas perlegas velim, vt manſuetiori calamo, inſtar benigni cenſoris adamuſſim omnia perluſtrans, noſtræ mineruæ imbecillitati, quæ fuerint parum commode dicta, pro túa vrbanitate condones: ſi quidem illud tibi iam eſt in confeſſo, ὅτι εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ᾽ ὁρᾷ. Bene vale Doctor eminentiſſime, & vt cœpiſti, de bonis literis bene merearis. Lutetiæ octauo Calendas Octobres. Milleſimo. D. X X X V.